7.

IOANNIS NICOLAI ROGERII SALERNITANI.

PHILOSOPHI AC MEDICI ORDINARIAM MEDICINAM PVBLICE PROFITENTIS.

In Gimnaſio Salernitano, Quæſitum difficillimum accurate explicatum De ſede Animæ, membrorumque Principatu ex Galeni Hippocratis, Platoniſque placitis aduerſus Philoſophos nunc primum in lucem editum.

Cum ſuperiorum licentia.



NEAPOLI
Apud Ioſephum Cachium Aquilanum.
M D LXXIIII.

ILLVSTISSIMO ATQVE ECCELLENTISSIMO ALFONSO CARAFAE DVCI NVCERIAE PAGANORVM,

IOANNES NICOLAVS ROGERIVS.
Salernitanus S. L.

CVMPRIMVM te nouerim (Illuſtriſsime vir, cumque recte conſiderauerim, quibus te virtutibus a principio natura ſagax, & omnium Opifex, præter cæteros exornauit; tanta quidem lætitia fui ſtatim affectus, tantaque ſuauitate mentis, ac animi tráquillitate; Vt maior excogitari minime potuiſſet. præſertim cum audiuerim, quas tu ſis laudes conſecutus, tuosque ſubditos ſumma prudentia retinendo. Quapropter omnes ſtupent, præſertim in te ſolo perſpiciendo veram integritatem animi, Vitæ grauitatem, Dignitatis præſtantiam, Morum honeſtiſsimorum incredibilem copiam. Humanitatem admirabilem, Præterea rarum mentis iudicium conſilium verum. His igitur de cauſis maiores te vehementer diligunt: Minores tibi ſemper obſecuntur, atque tua præſentia gaudent. Sed ego nemini cedam. Itaque ſis omnibus ſine inuidia charus. Quid maius vel gratius in hac vita deſiderari poſſet? Sed quoniam fungenti mihi munere publicè interpretandi præcipueq; Salerni, multa Galeni, Ariſtotelis, Platonis, atque Hippocratis Dogmata interpretanda paſsim occurrerunt, & inter cætera illud vnum difficillimum omnium mihi exponē dum fuit de Sede dumtaxat animæ, De membrorumque principatu. In qua re Philoſophi cedere nolunt, Medici vero vincere neſciunt (aut quam difficillime) ideo cu-

piens, vt notum eſſet hominibus peritiſsimis, quid ipſe ſenſerim; hoc opuſculum edere decreui, & communi pro bono in publicum ducere volui. Quod ſemper per manus hominum volueretur, tuoque ſingulari nomini dicandum exiſtimaui, vt hoſce labores meos (propediem obſcuros) innumerabilium virtutum tuarum ſplendor vbique illuſtraret. Nam tua benignitate fretus mihi perſuadeo, libellum hunc non aſpernari; quamuis indignum amplitudine tua. qui quanto magis nobilitate animi, magnitudine, liberalitate, ſcientiaque militari cæteris omnibus præſtas, tanto promptius virtutes omnes, earumque ſtudioſos extollis, ac foues. Quare velim, vt has lucubrationes meas ab inuidorum obtrectationibus & morſibus acerrimè, conſtantique animo defendas. Quandoquidem hi nuſquam deſunt. Vt in tuo præſidio tutus ſemper tibi quàmplurimum debeam. Vale & me, vt ſoles, cōmendatum habeas.

ILLVSTRISSIMO ET SACERRIMO PRINCIPI ANTONIO CARDINALI A GRAN VELA.

In Regno Neapolitano Regis uices gerenti.

PErlegi tuo iuſſu, Commentarium Ioannis Nicolai Rogerij, de animæ ſede, ac membrorum principatu, In quo dum pro Medicis, acerrimè contra Philoſophos certat, magnâ ingenij dexteritate, oſtendit quantum cedere debent nudæ rationes, à ſenſu petitis experimentis. Opus (me iudice) utile futuris medicis, nec in iucundum Philoſophis, ac propterea dignum: vt in lucem ueniat. Vale Domi. ſeptimo idus Decembris. M D L X X I I I.

Mancipium

Ioannes Antonius Piſanus Archiater.

Ἰωάννου φραγκίσκου λομβάρδου νεαπολίτου πρὸς τὸν νικόλεων ῥόγεριον.

Γεννήθη Νικολάε σοφοῖς μὲν λόγοισι, μὴ ἔστι
Νικόλεω σοι. ἀτὰρ τοὔνομα Νικοσόφου.

ERRATA SIC CORRIGVNTVR.

Pagina 5.principatum,lege principatu.p.eadem ſit l.ſit pa.ea. molimur l. moliemur.p.inxa l.iuxta.p.ea.poſtila.2.num ad (Adas) philoſophos num. p.ea.verſi.ult.(adas)poſt.Nulla illa ſalus pro Auic.pag.ea ſolnm l. ſolum. p.ea.infra.l.intra.p.ea.corpis l.cordis.p.7.naturalem (adas)uitalem & animalem p.ea.cautionem l.antionem p.ea.prodit AEtio l.actio.p.8.ad hec, l.hoc.p.ea.in hac.l.in lac,p.ea.felice l.facile p.ea.curde l.corde.p.9.craſsioribus l.craſsiori.p.ea.in poſtil.cap.10.l.com.10.p.ea.totum,n.l, totum cũ p.ea.incactus l.incoactus.p.ea.caam l.cauſam.p.ea.in poſtil.Gal.arg.l.quartum Gal.arg.p.10.dogma Gallenus l.Galeni.p.ea.hoc illis l.hac.p.11.excriri l.exoriri.p.ea.hic & merito l.hinc.p.ea.condere l.concludere p.ea.uiſeri l.inſeri p.ea.deſcnmbendis l.deſcribendis.p.ea. exorditum l. exordimur.p.ea.in poſtil.Gl.l.nonum Gal.arg p.ea.adas 11.Gal arg.cap 6 in calce.p.ea.remoue cap.7.adas in fi.poſtil.cap.7.p.12.eſtruendum l.abſtruendum p.ea attento l.eſtento p.ea.atque l.atqui p.ea. calliaior anteponas unde p.13.euertir.l.auertit.p.ea.in li.de ſenii.cap.6.l.cap.9.p.14.in poſtil. remoue cap.6.p.15.in poſt.adas Solutio ultimi arg.Ari.pag.17. quanlo l. paulo p.ea.atque aliorum l aliarum.p.ea.in poſt.(adas)primum Ariſt.arg. p.ea.in poſtil.quartum arg.ex Auerr.& Ari.l.pro Ari.p.18.lib 13.l.li.3. p. ea.precepti l.decepti p.ea.etiam illum l.illud p.ea.in poſt. li.3. de hiſtor. cap. 10 l.cap.1.p.16.l.19.p.19.uinendi l.uiuendi p. 20.anathomem l.anathomen p.ea.ſed ponderu l.pendere p.21.quam uiuens l.iuuenes p.ea. irritendere l.intendere p.ea.in ſnibus l.ſuibus pa.ea.extrm aluum l. extra pa. ea talam pẽdere l.telã p.e.priſces.l.piſces p.22.pateat l.patet p.ea coſtui l. conſtrui p.ea.cum iura l.cum iam p.23.indigene l.indigent p.ea. delitia l.deliria .p 24.comprobatorum l.comprobatum.p.ea.deduceremns l. deducemus p.ea.ſequeretur l.ſequetur p.24.à poſt remoue cap 4.p. 25.moderatur (anteponas) ut p.ea.frigore l.frigore p.26 ſic ait l.ſic ait p. ea.ipſum (adas)uti ſons p.ea cor inſerio l.inſeri p.ea.Ari.(adas)quẽ defendere p.27.conquoquercot l cõncuoqueret p.ea.in poſt. defendetur l. defenditur p.28.noxa .l.noxam p.ea.accedatur l.accendatur p.ea.qoeat l. queat p. ea.ſi natura noluiſſet l. noluiſſet p.ea.refrigerar.l.refrigerare p.ea propiũ qum ipſum l.propinqum ipſi p.29.intercedit l.intercidit p.ea. extremus l. extremis pag. ea. hec antem l.autem p.ea in poſt.li.3.de par. adas cap. 6. p.30.ipſam orient l.cient p.ea.nec utilem l.nec iuidem p.31. heppete.l.hepate p.ultima Ioani Aut.l.Ioannes

Errata alia quiſque uel mediocriter doctus corrigere poteſt.

GVLIELMI FERRARII CALABRETANI Ad Ioannem Nicolaum Rogerium Patricium Salernitanum Artium,& Medicinæ Doctorem Clariſsimum , Carmen .

PIERIDVM ſtudijs Muſarum culte Rogeri ,
Qui geminas animi nobilitate genus
Nos tibi perpetuos meritò debemus honores ,
Vtile qui pergis promere ſemper opus.
Quò iubar es noſtri commune , vt Pergamus ille ,
Atque ſenex Choi gloria prima Soli .
En , modo ſurgentes radij , monumenta per orbem
Funduntur paſſim , nominis ampla tui.
Scilicet emiſsi , & prima Hic de ſede libellus
Memrorum , ac reliqui , quos Vigil inde paras.
Inſuper , abſtruſas rerum quia noſcere cauſas
Te melius docuit Cynthius ore ſuo.
Et tibi iudicium,mentem (mirabile dictu)
Sedulus,& mores pectus & ille dedit .
Dignus es in patria media vt ſtatualur imago
Hoc tibi Phidiaca nomine facta manu.
Cederet Huic Pæon , Podalyrius , & ille Machaon :
Lumen Hic eſt patriæ , Portus , & Aura , Salus .

Primum Caput, in quo explicatur Ariſt. Philoſophorumq; aliorum poſitio cum eorundem fundamentis de Principatum membrorũ, animæq; ſede; & primum de nutritoria, cuius principium Cor, an iecur ſit

MAXIMA Fuit inter veteres tum Philoſophos, tum Medicos de animæ principatu controuerſia, vnum enim dum taxat locum principem, & quaſi Regiam domum eſſe, cenſuit Ariſtoteles, eumque ſecutus eſt Chriſippus cum alijs pleriſque Stoicis. Hippocrates verò, Plato, & Galenus tria initia ſtatuerunt, vel potius quatuor. Cum enim eſſent tres animæ partes, Ratione prædita nempe, Iraſcibilis, & vegetalis, hecque rurſus gemina eſſet, altera .S. ad indiuidui conſeruationem, quæ ſanè nutritiua eſt, altera ad ſpeciem, quæ generatiua nuncupatur. primæ ſedem præcipuam in Capite locauerunt; ſecundæ in corde; nutritiuæ verò in iecore; generatricis in teſtibus. At Ariſt. omnium fontem, atque promptuarium Cor dum taxat eſſe ſenſit. Auicennas prima fen. primi negat; hanc dubitationem de animæ principatu attinere ad Medicos, ſed propriam eſſe Philoſophis conſtanter affirmat. At Auer. ſecundo libro ſuorũ colliget cum taxans hanc litem valde neceſſariam eſſe Medicis, contendere audet. cuius rei videtur illa eſſe cauſa ex Gal. lib. 3. de locis male affect. huiuſmodi cognitionẽ conducere ipſi Medico ad locorum affectorum notitiam, nam cum morbus inuadit hominem, neceſſe eſt aliquam corporis actionem oblædi. cognito itaque loco, vnde actio illa proficiſcitur, locus affectus patet: ſi ſenſum, atque motum intercipi, uideamus: & ignoremus, à quo fonte hæ duæ actiones profluant, nunquam rectè præſidia molimur. eſt igitur hæc dubitatio valde neceſſaria, ac perutilis ipſi Medico. Defendi tamen poteſt Auuicennas, Philoſophis dum taxat eſſe neceſſariam hanc quæſtionem: nam ſatis eſt ipſi Medico noſſe, facultatem animalem à cerebro vitalem à corde; & naturalem ab hepate pendere. An verò primo, & per ſe inſideant in huiuſmodi locis, an in eis tãtummodo vim ſuam aperiant? aliunde tamen dependentẽ: nihil ad Medicos prorſus attinet. Non euitat tamen hoc

Doctrina 6. cap. pri.

Aui. quid ſenſit de hac lite num ad Medi. attineat.

Cap. 9.

Cap. 4.

Auer. aduerſus Auicen.

Salus quædã pio Auic.

con ugio, quin adhuc neceſſaria ſit ipſis Medicis: licet enim
exempli cauſa facultas animalis ſe ſe oſtendat, & declaret; à
corde tamen foueatur hac læſa (vt mihi videtur) non cere-
bro tantum, ſed cordi etiam erit conſulendum: nam ſicuti
Cap. pri. ſcribit Gal. lib. pri. de ſimpto. cauſis tribus modis aliqua
actio in noſtro corpore lędi pōt, V.g. ipſa videndi actio pri
mum quando præcipuū eius inſtrumētumq; obledatur, velu-
ti humor chriſtallinus. Secundo q aliquod inſtrumentum
huic deſeruiens afficiatur, veluti reliqui humores, tunicæ, ve
næ, atq; arteriæ. Tertio cùm facultas ipſa lędatur, & tunc ſic
quęram, aut hęc facultas primum & per ſe ineſt cerebro,
aut in ipſum à corde influit? Si primum & per ſe ineſt cere
bro, ipſi, prouidendum eſt, nulla de corde habita ratione eius
Si verò à corde in cerebrum influit, nō cerebro tantū, ſed ip-
ſi cordi etiam ſuppetias ferre oportet. Sum igitur in hac re
potius cū Auerroe, quàm cū Auicenna, quæſtionem hanc de
animę principatu ad Medicos pertinere. Quod cùm ita ſit
ad eam diluendā iam accedamus. Ordine verò hoc progre
diemur; cùm Ariſtoteles velit, has facultates omnes eſſe in
corde, de vnaquaque ſigillatim diſputabimus; & primo de
ipſa nutritoria, ſed quoniā qui de huiuſmodi rebus diſputa-
rūt, vario & multiplici demōſtrationū genere vſi ſunt, adeò
vt in immenſum euagatura ſit oratio, ſi oēs proſequi, ac col-
ligere voluerimus, eas oēs prętermittā quæ longè à rei de-
mōſtrandę natura diſtāt, quibus innumeris innixi ſunt. Stoi
ci. Sed, vt res ipſa facilius explicetur, operepręciū eſt doce-
re, quot generibus demonſtrationū vſi ſint, à quibus nobis
Cap. 3. 4. 5. & 8. cauendū ſit, quęq; recenſendę ſint, pateat. Gal. lib. 2. de dec.
Hipp. & Plat. libro etiā 3. de decretis Quatuor genera ſump
Cap. 6. tionum eſſe, ait: quod ſic per diuiſionē inueſtigare poſſu-
mus, nam hę ꝓpoſitiones ſumūtur vel ab his, quę inſunt rei,
de qua quęritur, aut ab extrinſecis: ſi ab inhęrētib⁹, bifariā:
nam aut ab his, quę inſunt iuxta ꝓblematis naturā, quę ſa-
nè ſunt demōſtratiuę, & ſciētificę: aut ab his quidem, quę in-
ſunt, nō tamen naturā ꝓpoſitæ quęſtionis attingūt; & hę nū-
cupātur dialecticę. Quæ verò extrinſecus ſumūtur, aut ſu-
mūtur ab auctoritate, & teſtimonijs, & Rectoricę ſunt; aut
ab ęquiuocatiōe figurę, dictionis, & ſophiſticę ſunt: his duo
bus vltimis generibus vſi ſunt Stoici, (vt licet videre apud
Galenū) in libris de dec. Hipp. & Pla. quorū nullū in mediū
afferemus, cùm nihil veri, nihil ſucci habeāt. Satis aūt mihi

fuerit proferre rationes Ariſt. quę oẽs ſunt in primo & ſecũdo genere, & adeò validæ, vt ſępè propoſitũ aſſequi videantur. Diſputat aũt hac de re Ariſtot. lib. 3. de partibus anim: & acerrimè eum defendit Auer. in eius locis paraphraſ: & in 2. libro ſuorũ colliget. Ex latinis verò antiquioribus Turiſanus in caput nonũ Artis medicæ, & Cõciliator lib. ſuarũ diff. vt Gentilẽ, Iacobũ Forliuienſem, atq; alios omittam, & oẽs ſanè omittere poſſum⁹, qa nullũ ferè nouũ attulerũt argumẽtum præter ea, quib⁹ pugnat Ariſt. loco iam citato. Sed quoniã dictũ eſt, argumẽta eſſe deſumẽda ab his, quæ inſunt rei ꝓpoſitæ iuxta problematis naturã: cũ quæratur ſic, nunquid cor principiũ ſit facultatis naturalis, an iecur? ſumendæ ſunt ꝓpoſitiones ab his, quæ cordi inſunt & iocinori. Cordi aũt inſunt (inquit Gal. 2. lib. de dec. iam citato) ſitus, magnitudo, plexus, cõformatio, diſpoſitio, & motus; Sed lib. 4. de vſu partiũ paſsim alia quoq; addit propriã ſubſtantiã, numerũ, & cõmunionem cũ vicinis partibus: nõ ab omnibus aũt his ſumi poſſunt demõſtratiuæ propoſitiones (vt procedẽte ſermone patebit) ſed ab his dumtaxat, q̃ ꝓblematis naturã attingũt: 2. aũt lib. de dec. Hipp. & Pla. docet hæc eligere Gal. Quũ itaq; quęrat, numqd cor ſit principiũ facultatis nutritiuę, vidẽdũ eſt, an materiã in ſe generet aptã ad totũ corp⁹ nutriẽdũ. Præterea, an habeat in ſe vaſa, ꝓ quæ eã facilè diſtribuere poſsit; hoc ſi demõſtratũ erit, argomentũ ducet ab his q̃ cordi inſunt iuxta ꝓblematis propoſiti naturã, & cõcluſum erit. Eſt itaq; hmõi Ariſt. demonſtratio, à qua tota uis q̃ſtionis pẽdet (vt paucis agã) Quod eſt principiũ ſanguinis, & venarum, nutritiuæ facultatis eſt principium: ſed cor eſt principium ſanguinis & venarum, ergo cor eſt principium nutritiuæ facultatis. Maior huius argumenti eſt neceſſa. & demonſtratiua, quare ſi minor huius argumenti eſſet vera, iam Ariſto. propoſitum ſuũ eſſet aſſecut⁹. Propterea uideam⁹, quo pacto minorẽ cõfirmet, q̃ cũ duab⁹ partib⁹ cõſtet (nã aſſerit, cor eſſe principium & ſanguinis & uenarũ) uideam⁹, quo modo ſanguinis principiũ eſſe, deducat: & ait, omnia animalia ſanguinea corde prędita ſunt, ergo cor ẽ principiũ ſanguinis. (ſed quoniã ut ait) in eodẽ 3. lib. de partib⁹ animaliũ, Oĩa aĩalia ſãguinea iecur ẽt habeãt: ut hęc ratio nõ magis de corde, q̃ de iecore cõcludat, alijs argumẽtis Ariſt. nitit oſtẽdere, cor ſanguinis eſſe principiũ, nõ iecur, ſũptis ipis ab ĩ hęrẽtib⁹ ipſi cordi &

Cap. 4.

Cap. 9. Turiſanus. Conciliator diff. 38. & 47.

Cap. 3.

1. Ariſt. arg validiſſimũ.

Cap. 7.

primò à ſitu. cor enim, ait ſolum locum occupat, qui principē deceat. locus autē omniū nobilior eſt reliquis tutior, & ad diſtribuendum ad omnes partes corporis, ex æquo nutrimentum accomodatior; huiuſmodi autem aſt locus medius in corpore, quem cor ſolnm occupat. Iecur verò in dextra corporis parte iacet, & oppoſitum habet ſibi lienem, qui videtur eadem ferè facultate eſſe ornatus, vt duo pótius principes appareant eſſe quàm vnus. Atqui præſtat vnicum dumtaxat eſſe principem: quod argumentum etiā velet in communi, cor .s. omnium facultatum noſtri corporis eſſe promptuarium, vt infra videbimus. Rurſus cor apertiſsimus uidetur eſſe fons ſanguinis, quum in eius dextro vētriculo extra venas redundet amplus ſanguinis gurges, ꝙ in iecore non apparet; immo totus ſanguis, qui hæpate eſt, in uenis continetur. hoc enim argumentū euidentiſsimè oſtendit, cor, non iecur eſſe ſanguinis initium, igitur, & nutritoriæ facultatis erit origo. Præterea, Cor primum generatur in factus formatione, & vltimum eſt ꝙ moritur, igitur eſt principium ſanguinis, & conſequenter nutritoriæ facultatis, & non iecur, quod ſanè argumentum iūniores plerique pro Achille habent aduerſus Medicos. Adhuc Ariſt. inſtat cor eſt fons affectuum omnium .s. iræ, timoris, miſericordiæ, ſpei lætitiæ, meſtitiæ, & aliorum; id cùm verum ſit, ſequitur, ſanguinis eſſe principium; quod ſic deducitur, quoniam affectus hi ſunt motus quidam ſanguinis recipientis ſe mòdo ad partes extimas, modo ad intimas corporis, veluti, in ira rubore, genas affici obſeruamus: In timore verò eas pallore quodam detineri videmus, conſtat ex his, cor ſanguinis eſſe principium, non iecur. Demonſtremus modo ſecundam argumenti primi partem .s. cor eſſe, & venarum principium, quod inde cōſtat, cùm nulla vena tranſit per cordis corpus, ſicuti facit per hepatis corpus; ſed dumtaxat emergunt ab eius extima ſuperficie, quod patet ex eius ſubſtantia, ex qua cōſtat, non ſolum initium eſſe, ſed partem etiam venarum: nam media corpis pars denſa eſt, concaua, & ſanguine plena, vt venæ magnæ caput eſſe videatur. Cùm itaque probata ſit vtraque minoris pars Argumenti, primo loco allati, compertum iam eſt, cor eſſe principium facultatis naturalis nutritoriæ. Verum à cordis natura alia demonſtratio

2. Ariſt. argumentum.

3. Ariſt. argumentum.

4. Ariſt. argumentum.

5. Ariſt. argumentum.

6. Ariſt. argumentum.

7. argu. pro Ari. ex Auer. validiſſimum.

uali-

validiſsima afferri poteſt hoc modo: Cor eſt fons caloris, ergo eſt principium facultatis naturalis, præſertim nutritorix. Facilè deducitur hæc conſequentia, quia nutritio celebratur concoctione; concoctio autem celebratur calore. Vrget Galenum in hac re Auerroes: nam par te ò Galene, cor eſt principium facultatis vitalis, ſed facultas vitalis nihil aliud eſt, quam facultas naturalis, ergo facultatis naturalis eſt principium Cor. Deducitur hoc ex libro 2. *Tex. 13.16 34.* de anima. Viuere nanque aut latius ſumitur, aut præſsius Si latius, nutriri, ſentire, mouere, intelligere, viuere eſt; Si præſsius deſumitur, ipſum viuere, nutriri tantum dicitur. Cum igitur cor principium ſit facultatis vitalis (ſi uitam latius vſurpes) ſic omniũ facultatum cor erit principium. Si præſsius, ſaltẽ naturalis facultatis erit origo. hinc itaq; ſequitur, cor aut naturalis facultatis eſſe principium, aut principium uon eſſe, quod eſt contra Galenum, & Pla. qui omnino ipſum principium eſſe, voluerunt, & nobiliſsimum. Sed cum dicant, facultatis vitalis eſſe principium, & non detur huiuſmodi facultas diſtincta à vegetatiua, patet cor non eſſe principium. At quia hæc videbuntur deprompta ex Ati. officina, ut fortaſſe Galeno ſuſpecta eſſe poſsint, nititur alia via aſtruere Auer. propoſitũ. Vult Gal. (vt ſepè viſum eſt) tres eſſe facultates, naturalem, & animalem. *8. argumentũ ex Auer.* Inſtat modo Auer. (hoc ſuppoſito) facultas vitalis non eſt tertia facultas ab alijs diſtincta, ergo aut cor non eſt principium facultatis alicuius, aut omnium. Quod verò non ſint diſtinctæ iſtæ facultates, patet ex actionibus, vna quæq; facultas producit proprias actiones; videmus enim à facultate naaurali peruenire generationem, nutritionem, & cautionem. Ab animali ſenſum, & motum. Ab hac vitali nuila prodit actio. Dicet Gal. hinc viuere ipſum prodire. Sed reſpondit Auer. quouſque nutrimur, eo vſque viuimus, & quouſque viuimus, eo vſque nutrimur, ergo à ſe inuicem ſeiungi haud queunt. Dicet Gal. actionem pulſatilem non eſſe propriam actionem cordis ab alijsſque diſtinctam. Sed Auer. huic ſatisfaciet dicens, hunc eſſe motum localem, & ideo ſub animali facultate contineri. Quod ſi iterum Gal. inſtet, motum hunc cordis differre à motu animali, quia hic voluntarius animalis .s. ille verò cordis motus pulſatilis, nobis etiam inuitis, celebretur, Auer. ſe ſe opponet,

ſi pulſus non ſit motus animalis, ſaltem motus erit naturalis, quod facile conſtet nam eodem modo exerceatur; nam facultates partibus corporis inſitæ, ut attratrix, retentrix, & expultrix fibris obduci. At in corde fatetur Gal. met in libris de vſu partium, eſſe omne genus fibrarum, quas 2. lib. de temp. comparat fibris membrorum naturalium, non autem fibris muſculorum. Conſtat igitur, pulſum eſſe motum naturalem, quod adhuc facile deducitur per Galen. Vult nanq; Gal. facultates illas iam dictas eſſe naturales, quia ſeruiunt nutritioni; pulſus igitur iſti naturales, quia & nutritioni ipſi ſeruiunt: Nam ex horum motu conſeruatur calor cordis: calor autem diffunditur ad omnia membra, vt nutrimentum concoquere poſsit, ſicuti, & nos in materia de pulſibus hoc ipſum latius explicauimus. Hinc liquidò patet, cor aut nullius facultatis eſſe principium, aut naturalis. Rurſus Ariſt. inſtat ad idem oſtendendum, cor eſt principium reliquarum facultatum, ergò, & naturalis: deducitur; quia in adminiſtratione rerum publicarũ bene ſe habent; cùm omnia ad vnum referantur; & ideo 4. lib, politicorum. Regnum reliquis omnibus ciuitatum gubernationibus anteponit, tanquam primum, & diuiniſſimum, & eodem libro laudat Homericum illud. Non eſſe bonum quod plures regant. Præterea argumentatur Ariſto. Cor nullum vitium ſubit, ergo eſt totius principium; nam ſi aliquo vitio laboraret, totum corpus afficetur: Vnde nullum animal interire poteſt, quin ipſum, male afficiatur. Hæc duo poſtrema argumenta inferunt non tantum cor eſſe principium facultatis naturalis, ſed etiam reliquarum omnium quanquam primum argumentum id ſupponat; confici tamen poſsit ratio ad omnes facultates pertinens, nulla facta ſuppoſitione hoc pacto, Vnum dumtaxat debet eſſe princeps in ciuitatibus, ergo & in corpore vnam tantũ partem regentem, par eſt, eſſe. Hæc itaque eſt poſitio philoſophorũ eorundemque fundamenta, quibus ſic explicatis, audiamus nunc Gal. eius poſitionem tueri volumus.

Cap. 3.

Privati explicata.

9. Ari. arg.

Cap. 2.

Cap. 4. & 12. methaſi.

Cap. vlt.

10. pro Ariſto. argu.

Secundum

Secundum Caput, in quo declaratur poſitio Galeni, Platonis, & Hippocratis, Medicorumque aliorum probatorum de principio nutritoriæ facultatis.

GALENVS SEXTO Libro de decretis Hippocra. & Platonis nihil aliud ſcripſit, quã ea, quæ ad hanc quæſtionem attinebant; fatetur tamen ipſe eo libro, non licere ſibi adeò euidentibus indicijs, & à rei natura ſumptis demonſtrare, iecur eſſe huiuſmodi facultatis nutritoriæ initium; ſicuti antea demonſtrauerat, cerebrum eſſe fontem facultatis animalis, & cor vitalis. Licebat enim id ex anatome explicari; nam præciſa arteria, pars à corde remotior non pulſat amplius: coniuncta verò cordi, adhuc pulſat; quod eſt ſignum apertiſsimum, facultatem hanc arterijs à corde communicari. Idem dicas, neruos præciſos indicare ſenſum videlicet, ac motum eos à cerebro oriri. At in iecore nullum huiusmodi inditiũ venari poſſumus. Præterea læſo cerebro, & corde ſtatim oblæduntur actiones emanantes ab his in reliquũ corpus. Si lædatur verò iecur, non ſtatim apparet hæc noxa in vniuerſo corpore: ſunt tamen, & ſitæ demonſtrationes in hac quoq; facultate, & eodem modo progreditur Gal. quò Ari. aſſerens. Quod ſanguinis, & venarum initium eſt, facultatis naturalis quoque eſt initium, & ſic in hac maiori propoſitione Ari. & Galenus conueniunt. In minori verò propoſitione diſcrepant: nam Gal. ſubdit Iecur ſanguis, & venarum principium eſt, ergo Iecur facultatis naturalis eſt initium. Ad hęc probandum ſumit Gal. hoc prænuntiatum in eodem lib. 6. de dec. alteratum ſemper tranſit in naturam alterantis. Videmus enim, cibum, & potum in ventriculo alterata in vẽtriculi naturam tranſire; quippe cum in album quedam cremorem conuertantur; quia & tunicę vẽtriculi albæ ſunt. Sic ſanguis in mammillis in hac conuertitur: quippe cum aſsimiletur carnibus glãduloſis à quibus fit alteratio, ſic & ſemẽ inteſtibꝰ albũ ẽ ob alborẽ carniũ ipſorũ teſtiũ, de quibꝰ infra dicemus. Cũ itaq; ſanguis ſimillimꝰ ẽ ipſi hepati; quare ab hepate, veriſimile ẽ ẽe gẽitũ. Quãta verò ſit ſimilitudo patet ad ſẽſũ: ſi qs enĩ maſsã sãguinis cõcreti & incraſſati ſumat; nihil differet à carne hepatis.

Cap. 1. 6.

1 Gal. arg. aduerſ. Ari. Ca. 6. & 8.

Iecur

Iecur igitur author eſt ſanguinis,& nō cor. hoc itaque argumento oſtenſum eſt, primam partem minoris propoſitionis argumenti eſſe veram; nam de ſecunda minoris parte infrà dicemus ex Galeno. Aliam affert demonſtrationem euidentiſsimam in eodem libro ſexto de decretis,quæ ſumpta eſt à modo diſtributionis: nam id quod facultatis naturalis eſt principium, neceſſe eſt, ut generet materiam, qua totum corpus nutriatur,eamque felicè ad ſingulas partes expellat Huic veluti maiori addit minorem Galenus; ſed iecur hoc ſolum præſtare poteſt, non cor, igitur iecur huiuſmodi facultatis naturalis principium eſt; non cor Argumenti huius minor deducitur facile; quia cor nulla alia ex via extrudit ſanguinem contentum in dextro ventriculo eius, quàm per venam arterialem in pulmones. Per venam autem cauam nihil poteſt extrudere, cum obſtruatur os dextri ventriculi cordis à tribus illis membranis, quæ à parte extrinſeca in intrinſecam aperiuntur à ſanguine influente; & ideo à iecore ad dextrum cordis ventriculum ſanguis confluit vberrimè per venam cauam; ſed à dextro cordis ventriculo per eandem venam nihil poteſt obſtruere Verùm cum hæc vena porrigatur, & diuarizetur per totum corpus, deferatque ſanguinem ad ſingulas partes nutriendas, quæ ſunt ſub ſepto tranſuerſo, & multas alias, quæ ſupra ſeptum ſunt; hauriat verò hunc ſanguinem à iecore,nō à corde, dicendum eſt neceſſario, hepar ſanguinis nutrientis corpus fontem eſſe præcipuum. Et quoniam in hac demonſtratione magna eſt vis hic aliquantulum inſiſtendum eſt nam deprænhendetur quædam confugia Turiſani eſſe vaniſsima, qui cùm videret, haud poſſe negari Chylum in hepate conuerti in ſanguinem; deinde extrudi per venam cauam ad dextrum cordis ventriculum; confeſſus eſt, in hepate quidem gigni ſanguinem, ſed non plene elaborari, ac perfici; cum id in corde conſequatur. Confutatur hæc reſponſio ex hac Gal. demonſtratione:pàtet enim, hoc ſanguine totum ferè corpus nutriri. Vnde ſic concluditur, ſi hepar generat ſanguinem aptum ad nutriendum, ergo ſequitur, principium eſſe nutritoriæ facultatis. Subterfugit iterum Turiſinus vim huius argumenti, quod ſanè euitare non poterat, & ait, hoc ſanguine nutriri partes infra ſeptum tranſuerſum, quæ cum ignobiliores ſint ſuperioribus partibus

2. argumentum euidentiſsim. ex Gal cap. 6.

Turiſani cōfugia vana.

partibus; mirum non eſt, ſi ſanguine impuro nutriantur. At partes ſuperiores, vt pote nobiliores nutriuntur ſanguine in corde depurato. hæc fuga priore ignominioſior eſt. Nam quæro, quæ nam partes ſint iſtæ inferiores? & procul dubio ſunt carnes, pinguedo, oſſa, nerui, & conſimiles aliæ partes, quarum vna quæque proprio indiget, & peculiari nutrimento. Eædem ſunt etiam in partibus ſuperioribus, & eodem genere nutrimenti oblectantur. Quare oſſa vbicunque fuerint, parte terreſtri, & craſsioribuh ſanguinis fruuntur; carnes verò humidiori, & tenuiori. Sed, & illud falſum eſt, quòd partes ſolæ infra diafraghma hoc ſanguine nutriantur: cum vena caua antequàm in cor inſeratur, ſurculum à ſe demictat ad alendas octo coſtas inferiores thoracis, vt ſcripſit Gal. lib. 2. da ratione victus in morbis acutis. Præterea venæ iugulares fortaſſe redundant ſanguine venæ cauæ, ante quam cor ingrediatur. Sed vt cunque ſit, demus omnia Turiſano, ſequitur, ad huc ſanguinem hunc perfectum eſſe, & aptum ad nutriendum partes etiam ſuperiores. quod inde patet: quia ſi ſimul conferas ſanguinem venæ cauæ, vbi ab hepate emiſit, & ſanguinem contentum in dextro cordis ventriculo tam ſimiles ſibi inuicem erunt, quam ſimilem eſt ouum ouo, vt ne tantillum quidem diſcrimen appareat, quod indè etiam conſtat; quia ſanguis in hepate depuratus eſt ab omnibus ſuis excrementis ita, vt in nulla amplius corporis parte ab aliquo purgetur excremento. His, & alijs rationibus adductis à Gal. libro nuper citato percutitur Turiſani pertinacia, & id etiam apparet, non eſſe iecur miniſtrum, qui præparet cordi materiam, ſed dominum, principium, ac verum ſanguinis authorem. Quod eo argumento oſtenditur: nam conſtat, partes eas, quæ alteri membro materiã præparant, ſemper eam ad id membrum ſolum traſmittere nõ ad aliud quod piam, Veluti pulmones præparant aerem ipsi cordi: Vnde hunc aerem in ſolum cor immittunt rurſus præparat ventriculus Chylum hepati; in ſolum hepar Chylus traſmittitur. Præterea præparant vaſa ſeminalia ſanguinem ipsis teſtibus pro ſemine inteſtes; igitur ſolos deffluit hæc materia, si itaque, & iecur ſanguinem cordi præpararet tanquam miniſter, cogeretur neceſſariò totum enim in cor infundere; at cum magnam eius portio-

Cap. 10.

Cap. 4.

3.*Gal. ara.*

C nem

nem aliorſum deriuet; patet, ipſum iecur principem eſſe, & authorem huiuſmodi actionis ſanguificæ, non miniſtrū ac ſeruum. Quùm vim horum argumentorum conſideraret

Quæ Auerr. ob arg. Gal. dixit.

Auerr. in illa ſua pulcherrima paraphraſi, in hanc venit ſententiam poſt multas tergiuerſationes, quæ non admodum videtur aduerſa ipſi Gal. ſanguinem videlicet ab hepate manantem eſſe nutrimenti materiam cui formam largiatur ſanguis profluens à ſiniſtro cordis ventriculo: vnde ſic ait ad verbum (ſanguis arteriarum ad membra veniens con„ coquit ſanguinem venarum in eis exiſtentem, & illi præ„ ſtat formam) Satis ſibi eſſe conceſſum putaret Gal. ſi hepar materiam nutrimenti generare concedatur: vult enim eo quarto cap. libri allegati quod materiam pro vniuerſo cor

Cap. 10.

pore nutriendo generat facultatis nutritoriæ eſſe initium, nec vnquam aſſereret Gal. ipſum hepar & materiam, & formam tradere nutrimento: quis enim ſit adeò ſenſus expers qui aſſerat, hepar gignere ſanguinem aptum ad oſſa nutriēda, & huic eidem ſanguini, formam oſsis exhiberi? diſtribuit, itaque iecur materiam, ex hac materia membra omnia alliciunt, quod ſibi familiare eſt, idque alterant, atq; in propriam ſubſtantiam conuertunt, vnde ſunt membra ipſa, quæ formam exhibent; cum oſſa oſsis formam ſanguinis præbeant, eundem nerui in neruum transforment; caro in carnem; conceſsit, gitur Auerr. veritatis inoactus Gal. quòd vi concedere nolebat. Quòd verò ſanguis arterialis formam exhibeat nutrimento (vt voluit) longe à ratione alienum eſt: nam ſi hoc verum eſſet, in vnam & eandem formam perpetuò nutrimentum conuerteretur. At cū

Cap. 4.

in varias formas conuertatur, pro vt variæ ſunt corpo

3. de lo. aff.

ris noſtri particulæ clarum eſt cum Gal. formam nutrimento ipſiâ propria cuiuſq; membri temperie communicari. Sed de hac re dicemus paulo poſt in confutatione argumētorum Ariſt. in eo argumento, quod ſumpſit à cordis

4. Gal. arg.

calore. Eſt & altera Gal. ratio, quod licet concedatur per venuam caam ſanguinem à corde in omnes corporis partes transfundi; hoc tamen magno non caret incommodo, quòd videlicet per quam viam ſanguis in elaboratus, ac imperfectus ab hepate in cor influit, per eandem perfectus iam, atque elaboratus in vniuerſum corpus egrediatur. ſolet nanque natura proprias conſtituere

vias

vias materiæ rudi, atque impolitæ, & materiæ iam abſolutæ; per venas portæ defertur rudis ſanguis ad iecur per cauam venam; deinde magis elaboratus diſtribuitur ab arteria veniali; ſpiritus impurus in cor ingreditur per arteriam ahorti idem purus egrediturquare ſi ſtatuendum ſit, cor pro principio nutritionis, aliud vas eſſet inueniendum præter venam cauam, ex quo ſanguis efflueret; cum verò nullum aliud extet quàm vena arterialis in ſolos pulmones ſanguinem importans; negandum eſt, ſanguinis initium eſſe cor. ſed mirum eſt, quomodo videatur Galenus hic decretorum ſuorum oblitus qui libro tertio de facultatibus naturalibus, per quas venas tranſmiſſus ſit Chylus à ventriculo in iecur, per eaſdem a iecore in ventriculum alimentum tranſmitti; quod fieri poſſe multis viis atque modis ibi declarat: quid igitur impedit & hic, quo minus per uenam cauam ſanguis in cor poſsit influere, & per eandem viam iterum elaboratus effluere? Facilè ſolui poteſt repugnantia hæc, quod ventriculus in ieiunio, atque inædia dumtaxat trahat ab hepate, aliiſque temporibus Chylo nutritur, & ideo ratio Galeni aduerſus Ariſtotelem adhuc ſtat, cum preſertim alijs rationibus anteà dictis fulciatur. Ac ne aliquod ſubterfugium pertinacibus relinquatur aſſerentibus, omninò ſanguinem in corde elaborari, ac poliri, alteram rationem perſcrutemur, qua dogma Galenus tueri poſsimus. Scribit Galenus libro ſecundo de dec. ſanguignem gigni hoc pacto. Chylus inuenis meſeraicis primo incipit in ſanguinem conuerti. Secundò in iecore. Tertio in vena caua, in qua iam purus reperitur. idem affirmat Galenus libro quarto de vſu partium ex his locjs patet, venas vim habere gignendi ſanguinem: quod tamen Galenus diceret, ipſas per ſe non facere, ſed eam vim ab hepate acquirere: nam quod à ſe non poſsint, demonſtrat libro ſexto de dec. quid modo impedit, quin dicat Ariſtoteles aut Eraſiſtratus, aut alter quiſpiam, ſanguinem in vena caua abſolui, elaborarique ab ipſa vena adepta hanc vim à corde, à quo emergit, vnde apparebit, licet in corde ipſo ſanguis non generetur; hanc tamẽ profectionẽ è corde emanere. Sed hoc ſubterfugiũ iã ex antea allatis argumen. ſublatum eſt. Si enim hoc vis emã

Obiectio ad ver. hoc arg. Cap. 13.

Sol. obiectionis.

5. prog. a. ar. Cap. 8.

Cap. 12.

Cap. 8.

naret à corde, neceſſe eſſet, ſanguinem cordi ſimiliorem quàm hepati produci; cuius contrarium apparet ſenſui. Præterea ſi hanc vim venis impartiretur, cor impartiretur aliâ arterijs; vnde poſſent, & ipſæ ſanguinem illum tenuem, ac ſpiritalem progignere: Atqui videmus hunc ſanguinem neceſſario in ſiniſtro cordis ventriculo ingenerari. Quapropter ſi etiam alius ſanguis à corde perfectionem nanciſceretur, in corde ipſo hoc fieri deberet. Statutum itaque, ac determinatum ſit, ſanguinem ab hepate oriri. His

6. Gal. arg. addo aliud argumentum deſumptum à conſtitutione, præcipuè enim in iecore: nam ibi eſt vas quod Cyſtis fellis appellatur, quod ſanè vas ſub caua iecoris parte continetur, ex quo vaſe ſuperfluum expurgatur; nempè bilis flaua, cui viſceri opponitur, e directo in ſiniſtra parte corporis aliud viſcus, quod eſt lien, cuius beneficio expurgatur ſanguis ab altera eius ſuperfluitate, ſcilicet atrabile: quod ſanè argumentum neceſſariò concludit (ni fallor) iecur, authorem eſſe ſanguinis, vt in quo ſit vas illud, quod ſanguinem depurare habet ab vno excremento; liquidò igitur prima minoris propoſitionis pars oſtenſa eſt; iecur .s. promptuarium eſſe ſanguinis, non cor. Ad ſecundam minoris partem probandam accedamus. Galenus hoc videtur oſtendere lib. 6. de dec. Hipp. & Plat. hoc pacto, iecur eſt venarum radicatio, ergo iecur eſt venarum principium. Facilè percipietur argumentum, ſi quid ſignificet vox hæc (radicatio) ab Hipp. vſurpata lib. de Alim. explanemur. Eſt autem radicatio pars eâ plantarum, à qua emergunt radices, & caudex. Cum enim coniectum eſt ſemen in terram, ſolet à ſe mictere radices, quæ in terram deſcendunt, & tum cum, qui in arcem aſſurgit. Per radices allicit nutrimentum; per truncum ſuccum effundit; ad fructus producendos procul dubio radicatio illa plante initium eſt; maior igitur propoſitio veriſsima eſt; minor etiam propoſitio patet ad ſenſum. Iecur namque emittit à ſe venam portæ, quæ in plurimos ramos diffunditur allicientes alimentum tanquam radices in plantis, emittit rurſus tanquam caudicem venam cauam: per quam transfundit nutrimentum in vniuerſum corpus. Cum itaque venarum radicatio ſit venarum principium, & iecur ſit venarum radicatio; ſequitur, iecur eſſe venarum principium.

Quod iecur ſit et venarū initium 7. arg. ex Gal. Cap. 3.

ſicuti

ſicuti etiam cor(authore eodem Hipp.) radicatio eſt Arteriarum, & ideo arteriarum initium eſt. Arteria namque venalis eſt, veluti radix, per quam aerem inſpirat conuertendum in animales ſpiritus. Arteria verò ahorti eſt veluti caudex, per quem diſtribuit eum ſpiritum ad uniuerſum corpus. Sed quoniã vena caua cordi annexa eſt non minus, quàm hæpati, vt poſsit apparere, inde eam excriri: ob id & altero argumento argumentatur Gal. hoc modo, principium ẽ maius omnibus, quæ à principio emergunt, ſed vena caua eſt maior, vbi egreditur ab hepate, quàm alibi, ergo in hepate venæ cauæ princium eſt. Sed quia à multis negabatur maior propoſitio argumenti; nititur Gal. eam comprobare exemplo fontium, qui ſemper maiores ſunt riuulis ſcaturientibus ab ipſis, quod ſi interdum flumen aliquod maius ſuo fonte apparet, id euenit ob aliarum aquarum influxum. Hic, & meritò cor arteriarum eſſe initium pronunciat, cum iuxta cor amplior ſit arteria, quàm alibi. & Cerebrum etiam ac ſpinalem medullam neruorum initium eſſe fatetur, ut infra patebit. quia nerui inde exorientes cum ſuo principio maiores ſunt, quàm in progreſſu. Nitititur Auerroes maiorem hanc conuellere, & fruſtrà, vt fruſtra etiam conatus eſt Gal. eam confirmare: nam in maiori propoſitione maius eſt negotium: quippe cum vena caua longè maior ſit in dextro ventriculo cordis, quàm in hepate. Præterea ita affixa eſt dextro illi cordis ventriculo, vt vnum & idem corpus uideantur cum gibbo hepatis vix ad hereat, vt mihi videatur: hoc argumentum ſumptum à venis nihil condure, & niſi aliæ eſſent demonſtrationes pro Galeno argumentum ductum à uena caua eſſet ab Ariſt. cum tamen appareat, venam portæ ab hepate exoriri, adque hanc eſſe initium venarum; cumque itidem appareat ad ſenſum, venas vmbilicares, quæ à ſecunda emergunt in hepar viſeri procul dubio dicendum eſt ipſum eſſe venarum principium, vel radicationem, vt dicebat Hipp. quod ſi truncum ille cauæ venæ, qui ad cor aſcendit, maior exiſtit, ni cã eſt; quia cum ab hepate ſanguis traſmittatur ad vniuerſum corpus, maior portio tranſmitti debuit ad partes ſuperiores; & ideo truncus aſcendens maior eſt, quàm deſcendens, maior autem portio ſuperius fluere debuit, cum ex hac generari debeat in ſiniſtro cordis ventri-

8. p Ga. arg.

Auerr. inſtã tia aduerſus hoc arg.

culo

culo ſanguis alius tenuior, qui, & ipſe per vniuerſum corpus diffunderetur præter eum ſanguinem, quo & cor ipſum & reliquæ ſuperiores partes nutriuntur. Alteram affert demonſtrationem Galenus lib. eodem citato toties
G I. *arg.* cuius meminit etiam in 6. lib. de vſu partium, per te, inquit, O' Ariſt. vena caua exoritur à corde, & à dextro eius ven-
Cap. 8. triculo; ſi hoc verum eſſet, in omnibus animantibus haben-
Cap. 9. tibus venam cauam, ex ſtaret dexter ventriculus in corde; ſed conſequens eſt falſum, ergo falſum eſt id ex quo ſequitur: deducitur, quia multa ſunt animalia habentia venam cauam, carentia tamen dextro cordis ventriculo: hæc autem ſunt omnia animalia, quæ non reſpirant, & ideo pulmonibus carent, in quibus neceſſe eſt dicere, hanc venam ab hepate exoriri. Si igitur in his oritur ab hepate, cur nõ
2. *Gal. arg.* in omnibus? reſpondeat mihi Ariſtoteles. Rurſus aliam demonſtrationem in eo capite affert. Id, quod eſt principium diſciplinæ, originis etiam principium eſt; iecur eſt principium diſciplinæ venarum, ergo iecur eſt venarum origo: Maior eſt per ſe euidens. Si quis enim flumen aliquod deſcribere velit, ab eius fonte exordium ducat, neceſſe eſt: deinde ad alueum à fonte emergentem deueniat, quod ſi ille in alia cornua diffundatur, omnia ordine perſequenda ſunt. Idem in aquæ ductum conſideratione dixeris in nauibus deſcubendis à carina: In domibus, à fundamento exorditur: At (ne recedamus à corpore) anatomici cum diſſeptionem neruorum; aggrediuntur, à capite ſemper incipiunt; cum arteriarum diſceptione aggrediuntur, à corde exordium ſumunt. nemini autem dubium eſt, neruos à cerebro, vt oſtendemus, & arterias à corde pullulare.
Cap 7. Cum itaque in venarum anathome ab hepate incipiant, dicendum eſt, hepar eſſe venarum originem. Alijs multis exemplis Gal. demonſtrat, maiorem huius argumenti eſſe veriſsimam, vt licet apud eum videre. Alteram deinde affert demonſtrationem citato lib. ſi venæ orirẽtur à corde, pulſarent vtiquè, ſed non pulſant, ergo non oriuntur à corde: conſequentia clara eſt, quia arteriæ cum à corde oriantur, pulſant nec ob influxum ſpiritum, vt oſtendimus nos, cum de pulſibus priuatim tractauimus: ſed quia cordi ſunt annexæ, & eius facultate participant, ſic ſentit Gal. lib. ſæpe citato. Iſtæ ſunt rationes, quibus demon-

ſtrauit. Gale. iecur venarum eſſe principium. ſic ita que oſtenſa eſt vtraque minoris propoſitionis pars.

Tertium Caput, in quo ponitur Ariſtote. Auerr. Philoſophorumquè aliorum argumentorum ſolutio.

HIs Sic conſtitutis, reliqum eſt id, qnod difficilius eſt aggredi; nempe, vt diluamus Ariſt. Auerroiſquè rationes. Erat Arg: deſumptum à ſitu deductum, quod argumentum valet, & ad eſtruendum abſolute, cor eſſe principium omnium facultatum, & peculiariter etiam eſſe ſanguinis principium; ſi abſolute vſurpetur id verò eſt ob loci nobilitatem, atque etiam ſecuritatem. At Galenus ſecundo lib. de decr. taxat hoc demonſtrandi genus: nihil enim attingit ad naturam rei; immò verò ſi à ſitu valeat arguere, validiora erunt argumenta ad aſſerendum principatum cerebro tribui; quippe cum in capite tanquam ſummus Rex in arce conſideat. Peæterea capud id eſt in homine, quod cælum in vniuerſo mundo. Vnde ſicut cœlum, cum in ſuprema parte ſit, domicilium eſt Deorum; ita, & caput in ſuprema corporis parte locatum rationis, & conſilij ſedes eſt. Præterea falſum eſt cor in medio totius corporis, immò verò vmbilicus magis in medio eſt. Quod ſi argumentum peculiariter aſtruat, cor tantum eſſe ſanguinis principium: quia inde facilius per vniuerſum corpus diſtribuatur: hoc etiam falſum eſt: quia cum ſanguis hic ad brachia, & crura etiam diſtribuatur; ſi recte conſideremus, hepar ipſum longè magis eſt in medio diſtributionis, quàm cor; atquè neque hoc tenet: cum enim cerebrum facultatem animalem per neruos ſiue aliunde acceptam ſiuè à ſe ipſo tranſmittat ad reliquas partes, non in medio tamen corporis iacet, ſed in extremo. Quod verò inſtabat in ſolo corde ſanguinem extra venas affuſum reperiri, imbecillum eſt arg. immò verò fortaſſe falsũ; qm̃ ſi rectè conſpiciam⁹ videbim⁹ īternũ ſpatiũ dextri vẽtriculi cordis veſtiri à vena caua, ut affirmare poſsim⁹, eũ ſãguinẽ nõ extra venas exudare: Sed à fine venæ cavæ coerceri: Sed vt hoc verum ſit, quàm vim habet hæc demonſtratio? Non, ne poteſt ab aliquo fonte deriuari aqua per riuos in aliquem locum, & aliqua

Sol. 1. arg. Ariſt.

Cap. 4.

Sol. 2. arg. Ari.

& aliqua foſſa colligi, quæ fonte profundior ſit, & maiori aquarum vi exuberetur: ſic, & hoc in loco, cum hoc ſanguine nutriri deberet Cor. Præterea ex eodem generari ſanguis tenuis: & ſpiritualis: præterea transmitti etiam ex eo nutrimentum aliquantulum elaboratius ad pulmonem; hæcque in corpe eſſent adminiſtranda, neceſſe fuit in ingreſſu venæ cauæ in cor ipſum magnam ſanguinis copiam colligi: quod ſanè in hepate fieri non potuit aliquo pacto, vt
Cap. 13. docet Gal. 4. lib. de uſu partium. Cum enim in hepate chylus in ſanguinem eſſet conuertendus, & ea conuerſio à propria hepatis ſubſtantia celebraretur, neceſſe fuit, deriuari hunc Chylum multis riuulis per totam hepatis ſubſtantiam, vt vnaquęque eius portiuncula attingeretur ab hepatę; & ſic facilius elaboraretur: quod ſi magnum quendam, & amplum ſinum in medio hepate condidiſſet natura; quò totus chylus conflueret: non potuiſſet aliquo pacto ab hepate ſuperari, & in ſanguinem conuerti: & quod hoc verũ ſit, patet ex eo ſanguine in dextro ventriculo cordis contento; Ibi enim nullam ſubit mutationem, dum in ventriculo innatat: ſubit verò, dum per cordis anguſtias tranſit in uenam arterialem. At is qui in ventriculo innatat (vt antè quoquè diximus) ſimilis eſt vnde quaquè ſanguini eſtencto in vena caua. Atque in ſiniſtris cordis ventriculo continetur, diſsimilis eſt & valde immutatus à ſuo priori ſtatu: non quia extra venas fluitet, ſed quia ſtillatim per cordis ſubſtanriam penetrauit ad ſiniſtrum ventriculum, qui, & ipſe denſior longe eſt, quàm dexter ventriculus, & calldior: facilè alteraré poteſt ſanguinem. Quòd verò inſtabat Ariſt. altera ratione quia cor primum generatur, &
Sol. 3. arg. Ariſt. difficillimi. vltimo moritur, videtur eſſe firmiſsimum inditium, quod ex ipſo reliqua membra nutriantur. Et ideò primum procreatur, ut nutrimentum alijs poſsit ſuggerere: quod argumentum pro Achille habent Philoſophi: ſed Galenus ſatiſfacit huic argumento libro de fœtuum formatione; & ne-
Cap. 4. gat: cor primum generari: idquè ſe obſeruaſſe, ait, ex multis fœtibus diſſeptis, & licet primò generetur; negat tamen obtinere principatum in regendo animali. Aliud enim eſt (inquit) principium generationis: aliud principium vegetandi. Vnde cum ratio ipſa gubernet totum ho-
Cap. 6. minem; proſtremo tamen aduenit: de qua re ſatis accuratè

ſcripſit

ſcripſit Gal. lib. 15. di vſu partium, ad quem locum lectorem ablego: tum etiam primo lib. de ſemine, quò loco videtur Gal. inducere cerebrum, atq; hepar vno, & eodem tempore produci: quod etiam ex ipſo Ariſt. colligi poteſt, quando ex ſenſu loquitur, à quo ſenſu ſæpe eum ratio auertit. In initio nanq; capitis nobis propoſiti in animalibus ſanguineis depræhendi poſſe cor, & iecur ait, quandò iam fœtus ad ſuum debitum tempus acceſſerit, vnde in ouis triduo cubatis puncti magnitudine apparent: profectò ſi cor prius generaretur, quàm hepar, aliquanto maius appareret ipſo hepate. Præterea ſi ſunt tanquam duo puncta, quomodo poteſt cor ſanguinem tranſmittere ad nutriẽdas partes reliquas? Sed hæc omittantur. certe quæ ſcribit Gal. lib. 6. de decretis Hipp. & Platonis demonſtrant, Ariſt. & eius ſectatores valdè eſſe allucinatos. Cum enim fœtus in vtero matris alliciat nutrimentum ab vtero per venas diſſeminatas per ſecundinam; videndum eſt, quò pertingant, & finiant venæ illæ, & procul dubio apparet ad ſenſum, non in fœtibus tantum, ſed in grandioribus quoquè duas illas venas, quæ concurrunt ad vmbilicum conſtituendum in iecur inſeri; deferunt igitur ſanguinem illum ad iecur: elaboratur itaq; primò in hepate, & cum ante demonſtratum ſit ad plenum elaborari; clarum eſt, ipſum ſanguinis eſſe fontem: falſum eſt igitur, cor primum generari. Sed, & aliter poſſumus huic argumento ſatisfacere, licet prima ſolutio mihi probetur; prius autem intelligere oportet, quid vita ſit. Viuere enim nihil aliud eſt in rebus animatis, quam eſſe, quæ animam habent; illa enim dicuntur viuere, & quamdiu habent. mortua verò tunc ſunt, & dicuntur, cum amplius non ſunt animata. Ac tunc mori, cum anima à corpore recedit. quia igitur animata aliter ſunt, quàm alia, quæ anima carent, ideo illorum eſſentia peculiari nomine vitæ ſignificatur: quod perinde eſt, ac ſi diceremus, animata çertò ſuo modo ſunt: quem modum vitam appellare poſſumus; eſt ergo animæ præſentia vitæ cauſa; & abſentia mortis cauſa: quod idem eſt, ac ſi diceremus, animam eſſe cauſam: vt res ſit, aut non ſit: ſignum autẽ illius pręſentiæ ſunt operationes, quas illa cũ corpore edit. Si agnoſcimus enim res viuere, quamdium operantur; & mortuas eſſe, quãdo amplius operari nequeunt, cæte-

Cap. 6.
Cap. 6.
Cap. 6.
Altera reſponſio ad argu. hoc.

rùm vt operationes fiant, requiritur non ſolum anima ſed inſtrumenta corporis,& calor natiuus; ac vno deficiente, ex his deſinunt fieri operationes,& perit totum, aut pars: quibus ſtantibus ad argumentum ſic reſponderem,hac ſecũda reſponſione,quòd cor non det vitam,nec omnia neceſſaria ad vitam non enim dat animam,quæ tota eſt in toto, nõ dat inſtrumenta,vt caput,pulmonem, ventriculum, hepar, & alias partes in nobis neceſſarias ad vitam; ſed ſolum dat calorem:at dare calorem,non eſt dare vitam, ſed vnam ex cauſis vitæ;ſicut ventriculus,inteſtina,& hæpar aliam dant, nempè materiam nutritionis,ſine qua nequit vita perſiſtere: viuit autem non primum cor ex his, quæ diximus; ſed potius hepar nam primum formari oportet partem, quæ materiam præbeat; at vt ſuperius oſtendimus in prima ſolutione ex connexione venę vmbilicaris primum formari hepar. Quòd autem cor ipſum vltimo moriatur, ratio eſt, non quod illud ſit principium vitæ,ſed quòd calor deſerat prius alia omnia membra, quàm ipſum cor. Mors autem prius non accidit, quàm calor recedat; & propterea negari poteſt etiam conſequentia: non enim ſequitur illud eſſe vitæ principium,quod primum viuit,& vltimum moritur; quia ſolum ſequitur illud eſſe caloris principium: itaque ũel prima,ũel hac ſecunda reſponſione poſſumus argumento ſatisfacere. Ad illud vero argumentum de animi affectibus,quorum principium eſt cor,ergo & ſanguinis eſt author Reſpondet Gal. libro ſexto de dec.Hipp. & Pla. ſanguinẽ eum eſſe ſiniſtri ventriculi cordis feruidiſsimum,ac tenuiſſimum,quique velociſsime per totum corpus momento temporis moueatur; & ideo in eo iraſcibilem animam habitare Plato aſſeuerauit, & cum affectus iſti animi motus quidem ſint repentini, ac velociſsimi,rationi conſentaneũ eſt, eos attribuere ſanguini arteriarum, qui velociſsimè mouetur. Vnde & Plato in Thimeo vocauit cor fontem ſanguinis illius,qui vehementer per omnia membra rapitur.Cum alia multa forſitan dici poſsint,his contenti ſimus ad confirmandã minorem propoſitionem Gal. & ad minorem Ariſtot. euertendam & ſanè nulla eſt alia potior demonſtratio quòd iecur principium ſit facultatis vegetabilis, quam ſi conſtituatur ſanguinis author. Quod verò inſtabat Ariſto. quod nulla vena per cordis corpus penetrat nullo pacto indicat

Cor non eſſe primũ uiuẽs

Solutio quarti arg. Ar. ex Gal. Capit. 8.

Solutio quinti argu. Ari.

dicat cor eſſe principium venarum etiam ſi concedatur: nam (vt videbimus) in cerebri ſubſtantia ſunt multi nerui; & tamen à cerebro nerui oriuntur. Præterea ex quarto de uſu partium facilè redditur cauſa, cur per hepatis ſubſtãtiã penetrent venæ, cum tamen venarum hepar ſit origo; nam ſi chylus in ſanguinem à carne hepatis conuerti debuit, neceſſe fuit, venam portam auctam ex venulis meſeraicis iterum in quamplurimas venulas diſcindi, quæ ſanguinẽ imperfectum per totum iecur deducerent, quę venę tunica tenuiſsima conflatæ ſunt; quia adminiculo hepatis vtebantur vt facilius materia illa à vi naturali hepatis ſubigeretur. Cùm præterea eſſet emiſſurum hepar à ſe ſanguinem, neceſſe fuit, exhoriri alios multos ramulos, qui elaboratum ſanguinem ad eius gibbum aſportarent: vnde negat, potuiſſe naturam vbi primum vena porta attingit hepar effundere in aliquem amplum eius ſinum materiam pro generatione ſanguinis; & rurſus ab eodem ſinu venam cauam eam haurire: non enim hoc pacto potuiſſet elaborari ab hepate: qua de re ante quoque diximus in cuiuſdam argumenti Ariſto. confutatione. Cum etiam inſtabat Ariſt. à ſubſtantia cordis, quæ venæ ſimilis eſt; igitur cor principium eſt venarũ, falſa eſt hęc ſuppotio (pace eius ſit dictum) cùm vena ſit cã dida; cor rubicundum, & carnoſum; membra membranoſa. vnde hoc argumentum nihil concludere poteſt, aut pro Ariſt. aut pro Gal. quia in ſubſtantia nullam etiam cum hepate ſimilitudinem habent. Conſtat ex his igitur, iecur eſſe principium ſanguinis & venarum; concluditur ergo neceſſario, facultatis vegetabilis principium eſse iecur non cor. Erat alterum argumentum vix tactũ ab Ari. ſed ab Auer. latius explicatũ ſumptum à cordis calore, & eſt arg. difficillimũ, nam calor cordis videtur nutrimẽtũ concoquere, quod arg. ex his, quæ diximus, exploſum eſt, cum iam explicauimus ſupra illam Auer. ſentẽtiam falſam eſſe, quòd iecur materiam nutricationi, cor formam præſtet. Dicamus tamen & hic aliquid ſuper hoc argumentum cum ſit perfecta concoctio nutrimentum in rei nutriendę ſubſtantiam commutatur, quod fieri non poteſt, niſi à natura, ac propria temperie rei nutriendæ quam temperiem calor effluens à corde fouet, ac viuificat (vt ita loquar) confert & ipſe aliquid in hac tranſmutatione: non tamen exhi-

Cap. 13.

Cap. 6.

Solutio ſexti arg. Ariſt.

Solutio 7. argu. allati pro Ariſt.

bet formam rei: nam ſi ipſe hanc formam exhiberet nutrimentum vniforme eſſet. Præterea dicere poſſemus, caloré hepatis motum diafraghmatis calorem etiam omenti, inimò verò calorem cataplaſmatum, & fomentorum ventriculo ad motorum formam chylo exhibere; cum foueant natiuam ventriculi temperiem, eumque adiuuent in conuerſionem cibi, & potus. Præterea hepar etiam præditũ eſt huiuſmodi calore, & ideo Gal. lib. 6. epiden. Carnes calorem habere aduenticium, aſſerebat, non proprium, ac peculiarem; ſicuti cor, & iecur, quod multo ante protulerat Hipp. in libr. de alimento, cum diceret, hepar venarum, arteriarum, cor radicationem eſſe; perque eas ſanguinem, ac ſpiritum vna cũ calore per vniuerſum corpus meare. Viſum præterea eſt antea membra omnia naturalia habere facultates inſitas, non aliunde emanantes; & ideo non eſt dicendum in ipſis à cordis calore celebrari coctionem: nam (vt ſcribit Gal. libro primo de locis affect.) ad membra deuenerunt venæ, & artériæ, illæ, vt inuehant materiam nutrimenti. hæ verò, vt foueant natiuam temperiem. Nec etiam dicendum eſt, hæpar conuertere chylum in ſanguinem vi caloris ad ipſum à corde per arterias tranſmiſsi; cum hepar proprio calore id cõ conſequatur: minimè verò arteriæ in eius imam partem inſeruntur, non vt eius calorem augerent, ſed vt potius ventilẽt. In gibbo autem nulla eſt arteria, quia ventillationem ab aſsiduò ſepti tranſuerſi agittatu conſequebatur, vt eſt videre ipſum copioſius lib. 4. de vſu par. At validiſsimum & difficillimum Auer. argum. ſcilicet quod facultates vitales, & naturales idem ſint, quod argumentum magnifacit conciliator ſuo libro diff. & Auer. met libro 2. ſuorum colliget, non facilè reuerá eſt reſponderi, (vt ingenuè fatear) pro viribus tamen ſatisfaciã, & reſponſio in hoc totam vim habet, quod inueniremus, quonam pacto facultas vitalis à naturali ſeiũgi quæat, nam quod recentiores quidam velint reſpondere plantarum exemplo hanc diſtinctionem virium aſferre vitalis ſcilicet & naturalis, nam in plantis nulla apparet pulſatillis vis, & tamen viuunt plantæ: ecce qualiter diſtinguitur vis naturalis à vitali: Non probatur hæc ſolutio mihi, nam quod potiſsimum quærebamus, erat de facultate vitali, at liquet, plantas etiam viuere. vt habetur ab ipſo Ariſt. 2. libro de par. anim. Reſpondere tamen poſſem ex Gal. libro quin-

Sectio. 4. com. 25.

Cap. 7.

Cap. 13. Solutio diffi cillimi 8. ar gum. Auer. pro Ariſt. Conci. diffi. 57.

Cap. 7. Recentiorũ ſolutio quæ non probatur.

Cap. 10.

to de loc.af.multa eſſe animalia quæ ſæpe haud nutriantur, veluti vrſi,glires,& conſimilia animalia,quæ hyeme multos dies conditain cauernis iacent perpetuo ſomno obruta, ac veluti mortua & eo tempore viuunt,& ſi non nutriantur. In multis etiam ſymptomatibus ſolēt homines ad multos dies abſque cibo perdurare in vita,veluti mulieres vterinis affe-ctibus occupatæ ſic ad multos dies ſine cibo viuere. At ſi re ſpiratio intercipiatur,ſtatim animal eſtinguitur, quia non amplius ventilatur cordis calor,à quo vita pendet. Non eſ ſe tutam hanc reſponſionem ex toto inde liquere poteſt, quia proteruus quiſpiam aſſeuerrare poſſet,animalia illa eo tempore aliquo pacto nutriri,aut ſaltem non egere nutrimē to: quippe cum eo tempore nulla fiat partium corporis dif flatio. Quamquam & his poſſemus occurrere ſaltem diſtin gui has facultates,quod nutritoria non ſit perpetua, & aſsi-dua: neque enim quælibet pars ſemper agit in nutrimentū. Vitalis verò perpetua eſt, & ſi quandoque interrumpatur, nunquam amplius reſtituitur. De latentibus autem anima-libus vide Ariſt. li.8.de hiſt.anim. Vbi multa animalia col liges tam longo tempore condita cauernis latitare, vt factū ſit credere,ea tunc aliquo pacto nutritoriā facultatem exer cere,viuunt tamen,veluti locuſtæ,quæ menſes quinque lati-tant. Motum etiam pulſatilem, qui in corde viget ab alijs motibus diſtinctum eſſe Gal. explicauit lib. 8.de plac.Hip. & Plat.& alibi,nam quòd ab animali diſtinctus ſit, videtur etiam Auer. id concedere,cum motus ille animalis pro arbi trio noſtro adminiſtretur:hic verò vitalis nobis etiam inui tis celebratur. A naturali quoque motu diſtinctus ideò eſſe poteſt,quia naturalis diu ceſſare poſsit: hic verò vitalis nū quam intermittat. Eſt præterea in corde alia facultas, quæ ab aliis apertiſsimè diſtinguitur motus videlicet affectus, vel perturbatio animi,cuius principem cor eſſe dixeris,in-nimò verò Plato huiuſmodi meminerat cum dicat, in cor-de animam iraſcibilem locatam eſſe. Sic igitur argumen-to huic difficillimo ſatisfactum eſſe arbitror. Penultimum Ariſt. arg. rhetoricum eſt, & ideo nulla vi præditum: ſunt enim alia quæ vno,alia,quæ pluribus rectoribus reguntur. Præterea demonſtrabitur infra,cor non eſſe principium fa-cultatis animalis,ſed cerebrum,ergo hoc argumentum præ-termittatur tanquam nullius momenti. Vltimum verò arg. dilui-

Cap. 1.

Altera ſolu.

Nec ſolutio hæc ex toto admittitur.

Defenſio re ſponſionis.

Cap. 17.

Cap. 1.

Solutio noni argu. Ar. 5.

diluitur,ſcilicet ꝙ cor nullo affectu laborat; & ſi laborauerit,peribit animal: conceditur hoc argu,à Gal. & Medicorum probatorum ſchola,vt eſt videre Gal. quinto libro de locis affect.& lib.2.de ratione victus in morbis acutis. Sed hoc argumentum tantum concludit de facultate vitali, cuius fontem eſſe cor & philoſophi,& Medici concedunt. Quare cum omnia ferè argumenta Ariſt.claudicare videantur; Galeni verò longe validiora: in Galeni ſententiam abeundũ eſſe,arbitror,quòd iecur nutricationis initium ſit,cum præſertim videamus Ariſt.in deſcribenda cordis natura in rebus quibuſdam notiſsimis eſſe hallucinatum (pace eius accepta.) Tres ventriculos in corde magnorum animaliũ eſſe,ait: duos in minoribus; vnicum in minimis: quod dictũ irridet Gal.libro 6. de uſu partium: non enim diſtinguendũs eſt numerus uentriculorum pro magnitudine & paruitate animalium,nec magna tres habent uentriculos;nec puſilla unicum:inimò uerò tot habet paſſerculus, quot equus. At quis illud in tanto uiro taceat,quod dicat; dextrum vẽtriculum cordis plurimum ſanguinis,& calidiſsimum continere; ſiniſtrum parum,& frigidiſsimum, rationem potius hic ſecutus eſt Ariſ.quam ſenſum: cum enim iudicaret, partem dexteram in corpore eſſe robuſtiorem; & ideo calidiorem in has ruinas præceps corruit, ut crediderit, ſanguinẽ dextri uentriculi calidiorem eſſe ſanguine ſiniſtri uentriculi cordis;quod apertiſsime ſenſui repugnat. Veriſsimnm .n. eſt,quod Gal.ſcripſit etiam in libro de inæquali intemperiæ,& libro de uſu pulſium,in ſiniſtro cordis uedtriculo adeo magnum eſſe calorem,ut ſi digitum in eum indas, calorem eum perferre non poſsis. Quod rationi etiam eſt.conſentaneum cum ſanguis ille ſiniſtri ventricnli cordis tenuiſſimus ſit,& peretuo motu agitetur; quod non conſiderauit Ariſt. & ideò etiam pronuntiauit,ſanguinem ſui illius medii ventriculi commenticii eſſe puriorem; cum tamen ſanguis ſiniſtri uentriculi cordis omnium ſit puriſsimus. Cum itaque pateat in re apertiſsima Ariſ.cęcutire, & potius rationem:quàm ſenſum ducem ſequi,mirum non eſt, ſi falſum etiam decretum protulerit,quòd cor nutricationis ſit fons, atque origo.ſed his expoſitis ad generandi facultatem tranſeamus.

Cap. 1. *Comm. 48.* *Ariſt. hallucinatio.* *Cap. 9.* *Cap. 5.*

Caput

CAPVT QVARTVM DE GENERATRICIS *facultatis principio, & primum refertur Ari. poſitio.*

GALENVS in libro artis medicinalis connumerauit, teſtes ipſos inter partes principatũ obtinentes: vnde ſicuti cerebrum facultatis animalis: cor vitalis; iecur naturalis; ita teſtes generatricis prnicipium, & ſedes ſunt, videtur eſſe hoc per ſe notum; cum in ipſis ſemen genitale oriatur, quod generandi principium eſt. Ariſ. tamen facultatis huius cor, non teſtes, nec aliquid aliud initiũ eſſe, voluit. Colligi id poteſt ex paulo ante diſcuſſa quæſtione, in qua multa argumenta Ariſt. erant, quę oſtendebãt cor non ſolum facultatis naturalis eſſe principium, ſed reliquarum omnium, immò verò ipſum ſolum eſſe, atque vnicũ principium, à quo totum animal regitur: ob id aſſerebat libro tertio de partibus anim: principium vnum eſſe oportet, vbicunque fieri poteſt. Præterea eodem libro tertio ſtatuit, cor eſſe natiui caloris fontem: cum autem generatio ipſa huius caloris vi celebretur, ſequitur, eam à corde emanere, & in hoc eouſque progreſſus eſt Ariſt. vt non ſolum cor ipſius generantis huius facultatis initium eſſe ſtatuerit, ſed ẽt generati ipſius. Quare ſecundo libro de generat. animaliũ cor primum produci, aſſerit, in fœtu, vt ab eo poſtea partes reliquę producantur: ſic enim ait (cor primum actu ſecernitur, quod non modo ſenſu; ita fieri conſtat; verum etiã ratione. Et paulo poſt itaque principium haberi oportet, à quo etiam poſt ordo membrorum deſcribatur; & quæcunque ad abſoluendum animal pertinent, diſponantur. Tãtum verò abeſt, quòd aliquid in hoc opere teſtibus ipſis acceptum referat, quòd ipſos primo de gener. anim. non neceſsitatis alicuius, ſed melioris tantũ notæ gratia, à natura productos eſſe, ſcribat. Demonſtrandũ eſt itaq; à nobis, quos vſus pręſtẽt teſtes, de Ar. ſentẽtia. & pręterea nõ eſſe neceſſarios pro generatione celebrãda. Quod (vt cõmodè faciamus) dñda sũt quędã de ſitu vario teſtiũ deq; cõnexione eorũ cũ alijs partipus ad mentẽ eiuſdẽ autho. Vnde lib. 3. de hiſto. ani. & li. 1. de gen: ani. quædã (inquit) aĩalia generãtia teſtibus pr̨edicta ſunt: quædam verò carent teſtibus. Carent enim teſtibns piſces & ſerpentes; quippe qui meatus dumtaxat

Cap. 9. Cap. 4. Cap. 7. Cap. 4. Cap. 4. Cap. 1. Cap. 3.

dumtaxat ſeminarios obtineant. Quæ teſtes habent, in multiplici ſunt differentia: nam aut conſpicuos habent, veluti homines, & equi; aut intus conditos. quæ conditos habent intus, aut lumbis annexos habent, veluti aues, aut vẽtri, veluti delphinus, atque elephas, ex conſpicuos habentibus alia retrò habent affixa, veluti ſues; alia antea pẽdulos, velut homo, equs, aries. Connexi verò ſunt teſtes ingreſsilibus animalibus, & animal parientibus cum vaſis ſeminarijs hoc pacto, quòd vaſa illa ſeminaria inuoluta porriguntur in caput teſtis; ibique coneĉtuntur cum alio vaſe neruoſiore, ac denſiore, quàm ipſa ſint, quod vas protenditur ad aliquod ſpatium ſupra ipſum teſtem. Deinde circunfleĉtitur ad caput teſtis ipſius, poſtea porrigitur ad penem ipſum; vas autem illud neruoſum, quod protenditur ſupra teſtem; & id etiam, quod circumfleĉtitur ſupra ipſum vnica membrana, obducuntur, vt vnicus eſſe meatus videantur, non duo diſtinĉti. ſi tamen deducatur membrana illa, duos eſſe apparet, quorum alter ſupra alterum refleĉtitur. Cum itaque meatus hi hoc pacto ſe habeant; & vna, ac eadem tunica veſtiantur; ſequi videtur, quòd ab ipſis nullus liquor in teſtes poſsit influere; & ideò primo libro de generatione animalium aſſeruit, teſtes nihil accipere à meatibus ſeminarijs, ſed in meatibus illis generari volebat, ſemen genitale. Quapropter ſi ſemen hoc non generant teſtes: videtur poſſe aſſeri, non eſſe facultatis genaratricis authores, vt paulo poſt videbimus. Prius enim explicandum eſt, quẽ vſum præbeant teſtes. vſus autem iſti deſcribuntur in illo primo de generatioue animalium & in quinto eiuſdem libri. Primus vſus eſt, quòd teſtes conſeruant illam circumflexionẽ, & reduplicationem vaſorum ſeminalium: vnde poſtea ſequitur, quòd animalia, quæ caſtiora eſſe oportebat, rariùs & tardiùs venerem exerceant: nam ſicuti in animâtibus, quæ inteſtina habent direĉtiora; non autem admodum inuoluta; crebrò inſurgit appetitus cibi; & citò etiam cibus deſcendit: contra verò in habentibus inteſtina admodum inuoluta, atque anfraĉtuoſa rarius inſurgit cibi appetitus, & tardius etiam cibus deſcendit: ſic in re venerea cum vaſa ſeminaria direĉta ſunt, crebrò venus inſurgit, & citò etiam genitura excernitur. Quod contra ſe habet, ſi inuoluta ſint & perplexa. Secundus vſus eſt teſtium, quòd tanquàm pondus

Cap.4. *Teſtiũ uſus ex Ariſt.* *Cap.4.* *Cap.7.*

appenſi

appenſi ſint vaſis ſeminarijs; atq; hinc ſequitur, quod ipſa ſuo pondere aperta ſeruent. Scuti enim textores appendũt ſaxa, & alia pondera telis, quæ aperta ſtamina ſeruent, vt inde radium iacere poſsint; ita, & teſtes facuint: qua propter ſi eximantur vaſa illa contrahuntur, & occluduntur, vt ſemen amplius per ea non poſsit affluere. Tertium etiam vſum hoc ſuo pondere præſtant teſtes ipſi, quod videlicet conſeruant vim, & robur cordis tonum quandam, & tenſionem ei afferendo. Videmus enim inſtrumenta muſica, dum cordas intentas habent ſonum edere; cum remiſſas, & laxatas, aut non edere ſonum, aut languidum. cum itaq; arteriæ, & venæ oriantur à corde, ac in teſtes ipſos ramulos tranſmittant, qui ſunt vaſa ſeminaria; iſta vaſa truncos ſuos, vnde diducuntur; trahunt, & contennunt; quæ tractiò, & contentiò vſque ad principium .i. cor pertranſit: ꝙ dum fit, cor validum eſt, ac robuſtum, ſed ſi teſtes excidantur, vaſa omnia laxantur; & ideo tonus, & vigor in corde perit. Qua propter, qui caſtrantur, videntur formam, atq: habitum priorem immutare; & ex viris penè mulieres fieri, vocem tamen, & acutam edunt; barbam non emittunt, & alia multa ſubeunt, quæ declarant, priſtinum in ipſis vigorem eſſe extinctum. Et animaduertendum eſt, Ari. ſimilem ferè huius tertio vſui aſcribere omnibus viſceribus libro citato, qaulo ante, vbi vult, communem viſerum vſum eſſe, vt venas tanquam claui quidam ſubſtineant; ſed hoc eſt longè à re à nobis propoſita. quare ad ipſam accedamus. *Cap. 7.*

Caput Quintum, in quò Ariſt. argumenta ponuntur, quibus oſtenditur, teſtes non eſſe authores genituræ; ſed id totum referri debere cordi tanquam authori, & principio huius facultatis generatricis, atquè aliorum facultatum.

ARISTOTELES Itaq; argumentis ad id oſtendendum vtitur, teſtes nempe non eſſe neceſſarios ad generationem; primò enim ſic argumentatur; ſi neceſſarij eſſent, tunc in omnib⁹ animalibus generantibus reperirētur teſtes; ſed nec in piſcibus, nec in ſerpen-

in ſerpentibus repriuntur teſtes; ſunt tamen generantia animalia (vt patet) ſequitur igitur, non eſſe neceſſarios teſtes ad generationem, minor huius argumenti patet ex his, quæ demonſtrauimus in Ariſt. poſitione recenſenda. Præterea ſic etiam demonſtratur idem: nam ſi teſtes eſſent neceſſarij ad generationem, neceſſe eſſet, vt in ſe genitale ſemen reciperent in omnibus animantibus, ſed ex enarratis viſum eſt, nullum in ſe teſtes ſemen recipere, cum ex vaſis illis ſeminarijs nullus meatus in teſtes pateſcat; quare argumentum, ſequitur, non eſſe ad genituram abſoluendam neceſſarios teſtes. Rurſus ſi eſſent neceſſarij teſtes ipſi ad generationem, animalia caſtrata generare non poſſent; ſed exeprimento conſtat animalia, à qnibus exciſi ſunt teſtes iam generaſſe, igitur teſtes non ſunt neceſſarij ad genituram; probatur conſequentia. Nam Taurus exciſus ſtatim innihit in vaccam, & grauidam redidit: quò experimento ſanè valdè confirmantur decreta Ariſtotelis. Oppoſita verò infriguntur. nam ſi eductis teſtibus, animal gerauit, proculdubio patet, eos ad generationem non eſſe neceſſarios, patet etiam ex hoc vſum ipſis attributum ab Ariſto. quòd vaſa ſeminalia videlicet aperta conſeruent, eſſe veriſsimum. Vnde cum eximuntur vaſa illa, retrahuntur, & occluduntur. At cum Taurus ille ſtatim ab exciſione vaccam innihiſſet, non dum plenè retracta erant vaſa, & occulta, & ideo genitura liberum exitum habuit: & hęc ſunt propria ipſius Ariſ. argumenta. Auerroes uerò ſecundo libro ſuorum colliget in difficultate hac partim cũ Galeno ſentit, partim cum Ariſ. cum Galeno: quia fatetur, in teſtibus genituram produci; licet in paraphraſi ſua capitis quarti primi libri de generatione animalium id negare videatur. Cum Ariſ. verò, quòd quamuis in teſtibus genitura perficiatur: principium tamen generandi non ſint, ſed cor potius: argumentatur autem ſic. Teſtes non poſſent genituram abſoluere, niſi ſpiritus, & calor à corde ad eos deflueret, non igitur à teſtibus; ſed à corde hæc facultas emanat. Quòd ex ipſomet Galeno id uerum ſit, & Ariſ. opinio confirmari poſsit, oſtendo ex libro decimo quarto de vſu partium; Vbi vult, ſemen genitale duabus ſubſtantijs conſtare ſpiritu videlicet atque humore ſpiritum verò informando fœtu cauſam eſſe agentem;

Secũdũ Ariſtot argum.

Tertiò Ariſtot. Argum.

Quartum argum. ex Au. & Ariſt.

Cap. 10.

Confirmatio argu. Auer. ex Galeno.

Cap. 30.

humorem materialem ; eodem autem libro aſſerit, hunc ſpiritum eſſe vitalem ſpiritum, quæ alibi paſsim in corde oriri ſcripſit . His ſuppoſitis, cum ſpiritus uitalis, qui oritur à corde, ſit cauſa efficiens generationis : ſequetur hunc ſpiritum aut facultatem ipſam eſſe aut primum facultatis inſtrumentum . Sed cum paſsim demonſtratum ſit ex Galeno , ſpiritum nec facultatem eſſe , nec facultatis domicilium ; relinquitur, eſſe inſtrumentum , cum itaque inſtrumentum hoc à corde producatur , indicium eſt , facultatem eam in corde reſidere , ſicuti ſi uolumus Gal. decretis ad hærere, ſpiritus animalis indicat ; facultatem animalem eſſe in cerebro , cum ipſe , qui eius inſtrumentum eſt à cerebro ducat originem. Præterea hoc idem ex eodem confirmari poteſt : nam in eodem libro decimoquarto citato de vſu partium aſſerit in arteria, & vena antequam teſtibus annectantur, ſemen effici . Vnde cum vena illa, & arteria ſe ſe inuicem implicent, ac deuinciant, veluti vitium capreoli in principio eius inuolutionis, ſanguis adhuc rubeſcit: paulatim verò incipit albeſcere adeò, vt quando iam cum teſtibus connectitur, totus albus ſit effectus, quòd ſi talis effectus eſt, formam iam ſeminis acquiſiuit . quare teſtes, aut ſuperuacui ſunt, aut uſus eos exhibent, quos voluit Ariſto. pro cuius opinione explicanda, & confirmanda hæc ſatis ſunt . Cuius decretum, & philoſophorum aliorum medici recenſiotes partim admittunt, partim reijciunt Auerroem immitati. Admittunt enim eos in generando non obtinere principatum : Reijciunt, quod ab his ſemen non producatur; immò in teſtibus ſemen produci, volunt. Nituntur que demonſtrare multis ſignis & argumentis, ſemen in ipſis oriri, atque produci, quæ ſigna ſunt ferè omnia deſumpta à Galeno: ſi quæ verò ex ſe ipsis proferunt nihil concludunt aduerſus Ariſt. veluti illud ſorliuiensis. Demonſtrat enim uir ille ex ipſomet Ariſto. libro tertiodecimo de Hiſtoria animalium, in teſtibus ſemen gigni adeò, vt hoc argumentum indicet & Ariſtoteles decretum eſſe falſum, & ipſum etiam „ ſibi ipſi repugnare. Sic enim ait Ariſto. eo loco „ Auium teſtes priuſquam coire incipiant, alijs exigui, alijs

Cap. 9. in calce.

Cap. 10.

Quid ſentiāt recenſiores Medici de teſt. ipſis.

Cap. 10.

omnino obſcuri ſunt. At verò cum Venerem exercent, inſigni tantis per magnitudine augentur, quod apertiſsimè palumbis, & perdicibus euenit; atque ita vt hybernis mẽſibus, ne vllos quidem teſtes in his haberi, non nulli arbitrentur.) Si igitur hæc animalia quo tempore turgent in venerem, amplos, & conſpicuos teſtes habent; cum verò extinctum eſt Veneris deſiderium, exiguos, & obſcuros obtinent; indicium eſt, teſtes ipſos ſemine repleri, & exinaniri. At facile diluitur hæc obiectio; cum Ariſt. voluerit teſtes tantummodo eorum animalium, quæ animal viuum pariunt, ſemine carere; eorum verò, quæ ouum pariunt, teſtes ſemen continere, non negauit, vt patet ex 1. libr. de generatione animalium, vbi ſic ait ad verbum. (Auium verò, & quadrupedum ouiparorum teſtes excrementum recipiunt genitale.) Præcepti igitur ſunt recentiores iſti; quia diſtinguere neſcierunt, de quibus animalibus Ariſt. intelligeret. Probant & hi recentiores rurſus ſic. Vis videre, quòd teſtes ſemen genitale producunt, & uim generandi obtineant, non vaſa ipſa dumtaxat ſeminalia; nam ſi quis opium aut aliquam aliam rem frugidiſsimam teſtibus admoueat, animal redditur ſterile. Præterea aiunt, ſi contundantur teſtes aut ſcirro; alioué tumore afficiantur, animalia ſterilia redduntur; ergo à teſtibus vis generandi emanat. At qui Galenus libro primo de ſemine docet, quomodo Ariſt. his obiectionibus reſpõdere poſſet. Diceret enim, vaſa ſeminalia tunc vna cum teſtibus affici & ſterilitatem non ob propium affectum teſtium, ſed vaſorum ſeminalium prouenire. Quod ſi quis etiam illum aduerſus Ariſt. afferat, A dextro teſte Mares; à ſiniſtro fœminas generari. Vnde ſi dexter teſtis eximatur, aut laqueo intercipiatur, (vt ſolent paſtores facere) fœminæ ſemper ferè generabuntur. Si ſiniſter intercipiatur, aut eximatur, mares generabuntur ſemper ferè. Iterum reſpondebit Ariſt. hanc vim eſſe in vaſis; cum verò eximitur teſtis dexter, vas dextrum retrahitur, quod ſemen maſculinum gignebat. Si laqueo etiam deuinciatur, deuincitur non poteſt ſine interceptione ipſius vaſis: ſic etiam de ſiniſtro teſte diceret Ariſt. & ob id ob vitium vaſorum, non teſtium uidentur omnia hæc euenire. Hæc itaq; quantum ad Ariſt. attinent, ſat ſint; modò, quid ſenſerit Gal. tempus eſt, ut exponatur.

Confutatio dictorum recenſiorum.

Cap. 4.

Aliud recentiorum dictũ

Cõfutatio dicti recenſiorũ ex Gal. pro Ariſt.

Cap. 15.

Solo. alterius obiectioonis pro Ari.

Cap-

CAPVT SEXTVM IN QVO GAleni opinio recenſetur, quid ſenſerit de teſtibus.

GALENVS (vt colligitur ex toto ferè decimoquarto libro de vſu partium, atque libro primo de ſemine) teſtes voluit, eſſe nobiliſsimum quoddam principium facultatum, non ſolum quæ ſpeciem conſeruant, ſed quæ etiam naturã indiuiduorum perficiunt: nam ſi in teſtibus ſemen genitale abſoluitur, & hoc ſemine genus animantium propagatur, quis non videt teſtes huius propagationis authores eſſe? quòd verò ſemen in teſtibus abſoluatur, conſtat palàm ex maxima illa propoſitione, quòd ſemper alteratum tranſit in naturam alterantis. Videmus itaque, cibum, & potum cuiuſcunque coloris ſint, & cuiuſcunque ſubſtantiæ, à ventriculo tamen in album quendam cremorem quem (chylum) vocamus conuerti, atque hoc ideo prouenit; quia ventriculus totam eam maſſam, dum eam alterat, ſibi ſimilem reddit. Rurſus Chylus ille albus in hepate in rubrum ſanguinẽ conuertitur; quia hepar ipſum rubrum eſt; demum ſanguis hic rubicundus in mammillis fœminarum in lac candidiſsimũ transmutatur, quia carnes glandoloſæ mamarum, à quibus ea mutatio celebratur, eiuſdem ſunt coloris; cum itaque genituram videamus, adeò ſimilem ſubſtantiæ teſtium eſſe, vt ſi teſtes in liquorem aliquem diſſoluantur, nihil aliud ſint, quàm genitura ipſa; videtur colligi neceſſario eam à teſtibus originem ducere, atque hoc argumẽtum deduxit Auerroem ab Ariſt. ſententia, licet totis neruis contenderet omnia decreta Ariſt. aduerſus Galenum defendere. Præterea cum teſtes ſint particula corporis ipſius, vt conſeruentur; eos quoque nutriri, neceſſe eſt; ſed quoniã in quacunque nutritione redundat, ſemper aliquid excrementi non poſſumus nos reperire aliud excrementum ipſorum teſtiũ, quàm genituram hanc: ſed ne mirum ſit, ſi genituram rem adeò nobilem, excrementum appello. Eſt enim hoc dogma celebratiſsimum Galeni in omnibus libris de facultatibus naturalibus, ſed præſertim libro tertio; ſummatim verò explicatum libro quinto aphoriſmorum, vnamquamque partem corporis noſtri pro ſe ipſa alenda, materiam quampiam familiarem attrahere, eamque elaborare; atque elaboratam

Ca. 15. & 16.

Cap. 13.
Cap. 39.

ceos, arietes, eqnos, tauros, & omnia tandem animantia longe eſſe robuſtiora; cum teſtes habent, quàm cum caſtrata ſunt: licet in hoc fortaſſe non conueniret inter Galenum & Xenophontem, quem multis rationibus eunuchos aliis hominibus anteponere inducit has ob cauſas Cyrum illum maximum Perſarum regem cuſtodiam ſuo corpori ex militibus caſtratis delegiſſe: hæc fuit Galeni ſententia. Vter autem Ariſtoteles nempè rectius ſenſerit, an Galenus diſcutiendum eſt. Erit antem hoc valde difficile; ſi tamen ad anathomem confugiamus, ex qua ſola veritas cognoſci poteſt, apparebit, Galenum longe rectius ſenſiſſe, quàm Ariſtotelem & teſtes ipſos genitura plenos eſſe in his præſertim animantibus, quæ à coitu abſtinentur; vacuos verò genituras eſſe in his: quæ plurima vtuntur Venere; ſed & decretum illud Hippocratis adductum à Galeno libro decimoquarto de vſu partium, & libro ſecundo de ſemine, demonſtrat, genituram in teſtibus produci: ait enim obſeruandum eſſe in animantibus, cum ad pubertatem veniunt, & vocem mutant quod Hippocrates vocauit Τραγαν: Ariſtoteles autem libro ſeptimo de Hiſtoria animalium Τραγκόιν appellat. Interpretes nunc Gιρξαρ nunc καπρrρe interpretantur: Veteres autem latini dicebant, obſeruandum (inquam) eſſe tunc vter teſtium prius turgeſcat: nam ſi dexter turgeſcit animal illud mares ſemper ferè gignet; ſi ſiniſter turgeſcet fœminas producet. Hoc autom apertiſsimum eſt indicium, in teſtibus produci ſemen genitale: quia non poſſunt turgere, & tumidiores fieri, niſi ſeminis copia repleantur. Sed ſi conſideremus Galeni decreta, nihil poteſt aduerſus ea obici, quod non facile propulſetur. Decreta autem Ariſt. multis modis poſſunt euerti, quantū enim ad vſus teſtium attinet, quos ipſis Ariſt. attribuit, primus vſus cum ſecundo & tertio videtur repugnare: in primo nanque vſu vult teſtes reduplicationem vaſorum ſeminalium conſeruare. In aliis verò vult, teſtes ſuo pondere, partim vaſa ſeminalia aperta cōſeruare; partim trahendo, & intendendo cordi robur afferre: repugnat modò inter ſe, quòd poſsint implicationem, & reduplicationem conſeruare, & tanquàm pondus quod dā vaſa eadem trahere, atque intendere. In hac enim attri

Cap.7.

Cap.5.

Confutatio poſitionis Ariſt. de teſtium vſu.

ctione

ctione reduplicatio illa diſſolueretur, vt puta pro exemplo, ſi haberemus funem aliquem pendentem ab aliquo tecto, & in medio ſui inuolutum, & extremo capiti funis pondus aliquod graue apponeremus proculdubio inuolutionem illam diſſolueret. Vnde recte ad hoc dicebat Galenus, in quorum medio obuolutio quædam extat, impoſsibile eſt ex altero ad alterum tenſionem peruenire, priuſquam obuolutio in rectum dirigatur. At dicat aliquis pro Ariſt. vaſa illa reduplicata vna & eadem tunica circumdari, & ideo eorum reduplicatio à teſtium pondere diſſolui nõ poteſt. Cui iterum reſpondeo, ſi hoc verum eſt, reduplicationem quidẽ hanc ab illa tunica conſeruari; non autem à teſtibus, & falſum eſſe omnino, quòd teſtes per ſe reduplicationem quampiam vaſorum conſeruare poſsint, ſi tanquam pondus appẽſi ſunt; vt cunque ſit id, quod ſequebatur ex hoc vſu, non videtur eſſe omnino verum: ſi enim verum eſſet, quod teſtes augerent iſtam reduplicationem, & ideo tardiorem ſeminis excretionem facerent; ſequeretur, quod in animantibus habentibus teſtes maiores, & magis pendulos tardiſsima eſſet ſeminis excretio; videmus tamen tauros vbi primum coire incipiunt ſemen excernere; ſed & arietes, qui longiſsimos & maxime pendulos teſtes habent, vbi primum venere vti cœperint, genituram in vteros ouium eiaculantur. Secundus vſus, quòd ſuo pondere vaſa aperta conſeruent, ridiculus et eſſe videtur, nam in canibus, & fellibus, & in ſuibus magis adhuc, qui teſtes lumbis affixos habent, & minime pendulos, hoc dici non poteſt, nec etiam in elephantibus, qui aluo teſtes annexos habent. Nam ſi quid ſuo pondere trahere aliquid debet, non debet alicui rei inniti; ſed pondere. nec minus ridiculum eſt, quòd robur, & tenſionem cordi afferant. Nam ſi hoc præſtare deberent, oporteret, vaſa ſeminalia ſtatim emergere ab ipſo corde, & inſeri recta in teſtes. Atqui ſcimus hęc vaſa partim à magna arteria, & magna vena deduci; partim à vaſis pertingentibus ad renes; quod ſi natura hanc tenſionem in corde deſideraſſet, poterat longè facilius eam inuehire, ſi arteriam magnam à corde emergentem validis ligamentis ſpinæ alligaſſet ita; vt cor traheret, intentumque detineret. Iecur etiam melius hoc præſtaret, quàm teſtes; cum longè grauius ſit, & validiori; & maiori fune cordi alligatum, ſcilicet vena caua. Præterea hęc ten

ſio

ſio non iufra tantum à teſtibus fieri deberet, ſed ſupra etiã à deſtris, & à ſiniſtris, ante, & retro. Præterea ſequeretur, quòd ſenes robuſtiores eſſent, quàm viuens, cum teſtes magis laxos, & pendulos habeant, vt ideo Cor magis trahere, & intendere poſsint. Præterea ſequeretur, quòd ſi exemptis teſtibus eorum loco graue aliquid, veluti plumbum vaſis ſeminarijs appenderemus, adhuc robur Cordis ſeruaretur. Rurſus in ſuibus, in quibus non pendent teſtes, & in alijs huiuſmodi animantibus, in auibus, quæ annexos habent diafiagmati, quæ nam tentio cordi exibetur? tamen cum caſtrantur, idem conſequitur effectus, qui & in alijs animantibus habentibus teſtes extrui aluum, & pendulos: frigidiora namque redduntur, manſuetiora timidiora, & imbecilliora. At his omiſsis mirum illud ſanè eſt, Ariſtotelem hoc loco recedere à decretis ſuis, omniumque bonorum philoſophorum: cum enim paſsim ſoleat robur corporis ſanitatem, & morbum omnes denique eius actiones aſcribere ſpiritui calori, & quatuor elementorum temperaturæ; hic ſui oblitus ridiculam illam tenſionem ex cogitauit, & corporis noſtri robur ab ea tanquam liram, & talem pendere, voluit. Cum itaque appareat liquido eum in explicandis teſtium vſibus, eſſe hallucinatum; Videamus modo; an eius argumenta aduerſus Platonicum Galenum vim aliquam habeant.

CAPVT SEPTIMVM, IN QVO SOLVNTVR *Ariſt. argumenta de teſtium vſu.*

QVANTVM Igitur ad primum Ariſt. argumentum, reſpondere poſſumus, piſces eſſe animalia quædam valde mutilata, atque imperfecta; Vnde multis membris carent, quæ in cæteris animantibus obſeruantur; teſtis eſt ipſemet Ariſt. in 4. lib. de partibus animalium (cum ſic ait) piſcium „ genus mutilatius, item ac imperfectius quàm auium par „ tibus exterioribus eſt. Non enim crura, non manus, „ non alas hoc habet.) cum igitur animalia ſint imperfecta ad ipſa generanda ſatis fuit, ſemen etiàm imperfectum in vaſis tantummodo ſeminarijs procreatum: Nec Auerro-

Solutio primi arg. Ariſt.

Cap. 13.

es (ſi rectè perpendatur) videtur admodum magnifacere hoc argumentum. Secundum verò eius argumentum aper te ſenſibus repugnat. Boni enim omnes anatomici volunt, multas veluti fiſtulas à vaſis ſeminarijs in teſtium ſubiectā pertingere ſemen inuehentes, euehenteſq;. In tertio argumento diutius immoderaudum eſt: eſt enim argumentum quo vtriuſq; decreti aſſertores vſi ſunt: nam Galenus affirmabit, teſtes eſſe neceſſarios pro ſeminis generatione, quippe cum exciſis teſtibus animal amplius generare non poſſit. cui reſponderet Ariſt. non prouenire hoc, quia in teſtibus ſemen producatur; ſed quia meatus ſeminales retrahũtur eductis teſtibus; adeòq; conniuent, vt genituræ iter intercipiatur; & hoc tauri exemplo comprobabat in hoc argumento tertio; de quo exemplo quid credendum ſit, neſcio, cum ipſum vel Auerroi ſuſpectum eſſe, videam, ſic ſcribenti, ſi teſtimonium ab Ariſt. de tauro relatum fuerit verum, teſtes non ſunt neceſſarij. Sed ſi non fuerit verum, res eſt dubia; his verbis patet hoc ſuſpectum fuiſſe apud Auerroem, & merito. Non enim mihi veriſimile videtur, quod in vehementi illo cruciatu Veneris aliqua appetentia inſurgere potuerit. Sueſſanus huic obiectioni occurrit in illius loci Ariſtot. interpretatione, & inquit hoc eſſe veriſsimũ, & ita referre paſtores; ſed non ſtatim poſt caſtrationem hoc euenire, tunc enim vexat dolor, ceſſante verò paulò poſt dolore, Tauri caſtrati vtuntur Venere. Sed quia quiſpiam inſtare potuiſſet, ſi aliqua mora interponatur meatus ſeminarios retrahi, & occludi. Reſpondet ipſe, cito quidem ſedari dolorem, non autem cito occludi meatus. Sed ſanè hic vir dum dogma Ariſt. tueri vult; multis recedit ab Ariſt. primum namq; ait, hoc ſæpe euenire. At Ariſt. ita loquitur (Et iam Taurus quidam &c.) quibus verbis ſe innuit ſemel fortaſſe hoc tantum contingiſſe, ſeq; id pro re mira habuiſſe. Præterea Ariſt. ait, ſtatim à caſtratione id factum fuiſſe. Sueſſanus verò aſſerit quod ad aliquod ſpatium poſtea, verbi gratia, triduum, aut quatriduum Taurus id perpetrauit; non aduertens præter quã quod Ariſt. non fideliter interpretatur; ſi meatus illi diſtenti, & aperti ſeruantur ob pondus teſtium, quod ſubtracto pondere ſtatim eos retrahi, neceſſe eſt. Sed concedamus nos, hiſtoriam hanc fuiſſe veriſsimam; poſſumus

Solutio 2. Argu. Ariſt. 5

Solutio 3. Arg. Ariſt.

Sueſſani Reſponſio pro Ariſt.

Confutatio Reſpon. Sueſſ.

ex Gal. longè melius rationem reddere, cur Taurus ille exciſus grauidam vaccam fecerit, quam Ariſt. reddiderit: ſuppono namq; Taurum illum ſuperioribus diebus à Venere abſtinuiſſe, & ideo non ſolum teſtes plenos ſemine habuiſſe, ſed etiam vaſa deferentia materiam pro ſemine producendo ad teſtes, & vaſa etiam exportantia ſemen ad penam à teſtibus, Dico igitur vaſa hæc ſemen ad penem deferentia, & paraſtatem glandulosũm, in quem deſinunt iſte vaſa plena fuiſſe ſemine genitali; & ideo potuiſſe Taurum eum caſtratum Vaccam implere; & ſanè ſemen illud aliunde venire non potuit. At rurſus contra hoc inſtat Sueſſanus quòd ob dolorem caſtrationis ſemen illud aſſeruari non potuerit: quæ obiectio mihi ridicula videtur. Quis enim dicat ob dolores earum partium cogi animalia ſemen excernere; potius id prouenit ob perfuſas voluptates. Sed quam vanæ ſint huius viri nugæ (pace eius ſit dictum) inde patere poteſt, quod facit ſuos illos paſtores illos Apuleos peripateticos. Sic enim ſcribit: Narrant Paſtores non ſtatim poſt caſtrationem Tauri meatus, quibus ſemen emittitur, obſtrui atq; retrahi, cum ampli adhuc permanere poſsint ad tres vel quatuor dies, in quibus ſedato dolore teſtium, Taurus (vt dicunt) implere poteſt. En, quomodo in hac narratione faciat paſtores illos cognoſcere totam diſciplinam Ariſtotelicam. Sed his omiſsis ad quartũ argumentum tranſeamus. Ab Auerroe productum concedente quidem ſemen gigni in teſtibus, & ideo ſibi ipſi apertiſsime repugnante; non tamen teſtes eſſe principium facultatis generatricis. Reſponderi poteſt ex his quæ diximus ſupra de hepatis principatu, propriam eſſe vnicuiusq; particulæ temperiem, quæ nutrimentum in ſubſtantiam ſibi ſimilem conuertat: hanc verò temperiem foueri ſpiritu & calore: teſtes igitur, qui propria ſua temporie materiam delapſam per vaſa pampino formia in ſui ſubſtantiam conuertunt, in qua cõuerſione id, quod redũdat, ſemen eſt genitale. Vnde quęro, quid nã formam exhibeat huic ſemini? Calor ne à corde emanãs, an teſtiũ tẽperies? de calore cordis hoc dici nõ põt. Nã cũ paſsim per totũ corpus ſit diffuſus, vbiq; ſemen hoc generare poſſet: ſed cùm in teſtibus dumtaxat generetur, pateat eius formam ac perfectionem à teſtibus prouenire, quod in reliquis omnibus particulis corporis

Verior ſolutio ad Argumentũ Ari. de Tauro caſtrato ex Gal.

Solutio ad inſtantiam.

Solutio 4. Argumenti Auer. pro Ariſt.

noſtri euenire diximus. Eadem ferè ratione quintum argumentum diluere poſſumus ex Galeno adductum. Concedo enim, ſpiritum illum vitalem vim habere generatricem, & cauſam eſſe efficientem fœtuum: dico, tamen hûc ſpiritum in teſtibus fuiſſe alteratum, indeq; hanc vim acquiſiuiſſe, ſicuti humoroſa pars, quam materiam eſſe vult Galenus; licet in hepate producta fuerit, tamen in teſtibus elaborata hanc nacta eſt poteſtatem, vt ex ipſa membra ſolida componi poſſint. Vnde ſicuti ex hac materia membra conſtui non poſſent, niſi antea fuiſſet præparata ad vnguem, ita nec ille ſpiritus vim hanc efficientem obtineret, niſi eam à teſtibus acquiſiuiſſet. Ad vltimum argumentum etiam facile reſponderi poteſt, non perfectionem ſemini in vaſis pampino formibus acquiri, ſed præparationem duntaxat; Vnde licet albeſcat, non tamen perfectã ſuam formam eſt conſequutum eam in teſtibus conſecuturum, quod latiſsimè explicat Galenus locis ante à me citatis. Cùm itaq; teſtes formam ſemini genitali largiantur, & ſemen hoc (concedente etiam ipſo Ariſtotele) vim efficientem in ſe obtineat formandi fœtum, mihi videtur procul dubio poſſe ſtatui, teſtes eſſe principium, & non ſolum propagandæ ſpeciei, ſed & indiuiduorum, quippe cum exciſis teſtibus animalia totum priorem habitum & formam mutare videantur. Atq; hæc de teſtibus, nunc ad cerebrum accedamus.

Solutio quinti arg. Ariſt.

Solutio vltimi arg. Ari.

CAPVT OCTAVVM, IN QVO DE INITIO facultatis animalis agitur, Ariſtoteliſque opinio explicatur.

IN Cerebro facultatem animalem collocarunt Hippocrates, Plato, & Galenus, quã tantum abeſſe Ariſt. huic parti attribuiſſe, ꝙ immò pro nihilo cerebrum habuiſſe videatur, vt licet videre lib. 2. de partib. animalium, quo in loco cerebrum repoſuit inter humores; patet ex eius verbis (Omnium maximè humorum ſanguine caret) & in fine capitis cum iura diſputationem de cerebro abſoluiſſet. Sed de cognatis, inquit, animalium humoribus omnibus dictum ferè eſt. Vſum verò cere-

cap. 7.

bri eſſe, vult, calorem cordis infrenare adeò, vt ad moderatam quandam temperiem redigatur, cuius hoc, ait, eſſe inditium, quod omnia animalia ſanguinea cerebrũ habeant, exanguia cerebro careant: cauſa enim eſt; quia ſanguinea animalia ſunt calidiora exanguibus, & ideò indigene aliquo membro frigido, quo eorum calor temperetur: huiuſmodi etiam inditium eſt, quòd homo calidior reliquis omnibus animantibus plus cerebri etiam reliquis omnibus habeat. Quod calidior ſit homo cæteris, patet; quia erectus incedit: calor namque eximius ad alta petens partes ſuperiores erigit. Præterea inter homines mares plus habent cerebri, quàm fœminæ, & proculdubio mares ſunt calidiores. Cum hunc vſum præſtet cerebrum; hinc fit, quod ſi lædatur eius temperamentum ita, vt non poſsit moderare cordis calorem; ſequentur delitia morbi & Mors. Vſum etiã hunc præſtare cerebrum vult, quòd ſomnum pariat: nam sãguinem affluentem refrigerat in vapores conuertit, & replet ipſum cerebrum, quo fit, vt ſanguis cum calore refugiat iterum ad ſuum fontem videlicet cor: cum autem ſanguis & calor deferant facultatem motricem, & ſenſoriam ad totum corpus; hinc fit, quòd ſenſu & motu partes omnes priuantur: ſomnus autem nihil aliud eſt, quàm ſenſus, & motus vinculum. Quod cerebrum ad refrigerandum calorem cordis ſit conditum, demonſtrat Ariſt. eodem ſecundo lib. de partibus hoc inditio, quòd caput ex carne ſit, & macilentum: ſi nanque carnoſum eſſet, partes in exanco contentæ calfidiores redderentur; & ideo non poſſent calorem innatum corrigere. Nec admittit Ariſtoteles eorum ſententiã, qui volebant, caput hoc modo eſſe fabriſactum, vt animal melius ſentiret; quo in loco apertiſsimè diſputat aduerſus eos, qui aſſeruerunt, cerebrum eſſe initium ſenſuum: qua de re inter argumenta videbimus. Quòd autem voluerit cor huiuſmodi quoque facultatis eſſe initium, elicitur ab eius dogmatibus, cùm enim velit cor eſſe ſedem animæ, quæ totum corpus varijs facultatibus gubernet; patet cor eſſe ẽt huius facultatis principium; aperuit ſententiam ſuam apertiſsimè locis citatis, & libro tertio de partibus animalium. Quomodo autem ipſe, eiuſque ſectatores Auerroes præſertim demonſtrauerint, cor, non cerebrum facultatum motricis, & ſenſoriæ fontem eſſe; videamus ſi primũ admoueamus

Vſus cerebri ſecundũ Ariſt.

Cap. 10.

Cap. 4.

muſ, ſicuti fecimus, quando egimus de natutali facultate, demonſtrationes, ſcilicet ſumendas eſſe ab his, quæ rei naturæ inſunt iuxta propoſitam quæſtionem, quod mirum immodum obſeruauit Ar. ſumpſit enim maiorem, quandā propoſitionem veram, & neceſſariam à natura rei & à Gal. comprobatam 2. li. de dec. Hipp. & Plat. quæ eſt huiuſmodi. Vnda ſenſus & motus proficiſcitur, ibi eſt animæ principatus; Cor motū diſtrtbuit, & ſpecies ſenſiliū omnium recipit, erho in corde eſt animæ principatus. Maior veriſsima eſt. Minor probatione indiget. Videamus quomodo eā peripatetici, ac Stoici confirment. Vis aūt demonſtrationū in hoc maxime verſatur, ꝙ appareat in corde eſſe ortū inſtrumentorū & cauſarum efficientium ipſius motus, & ſenſus. Quod motus initium ſit, patet: quia copiam in ſe neruorum continet, qui dum intenduntur, & remittuntur motum celebrant. Aſſarit hoc Ariſt. lib. 3. de hiſtoria ani. & lib. 3. de par. ani. Cōfirmatur, & Chryſippi argu. adducto à Gal. lib. 2. de placitis Gipp. & Pla. cor primum moueri incipit, & poſtremū ceſſat, ergo cor motus principium eſt, quod tamen argu. videtur ab Ariſt. originem habuiſſe, qui dicat, cor in prima generatione ſtatim palpitare. Præterea id qnod eſt principiū ſpirituum motus quoque principiū eſt, ſed cor eſt principium ſprrituū, ergo cor eſt principium motus. Maior ex ſe clara eſt, nihil enim eſt in corpore quod vehementius moueatur ſpiritibus, vt & ipſe Hip. protulerit, corpus noſtrū tribus ſubſtantijs conflari continentibus. ſ. contentis, atq; impetū facientibus per tertium membrum ſpiritus ipſos audit, vt Gale. ēt referente li. 1. de febrinm differentijs. Minor argu. etiā ad ſenſum patet, quia ſanguis arteriarum plenus eſt ſpiritibus. Confirmantur hæc oīa illo Auer. inditio ſumpto à timore. In timore aūt membra tremore afficiuntur, ergo facultas mouēdi à corde emanat. Facile deducitur ex decretis ēt à Gal. acceptis viſum eſt enim antea (cum egimus de animi affect.) in timore ſanguinē & calorem ſeſe ad cor recipere. Fatetur quoq; Gal. li. 2. de cauſis ſymptomatū in timore excitari tremorē. Ait. n. ſic (Per prerupta ingrediētibus crura tremunt, deiiciente uires timore. Itidē qui incurrentē in ſe ferā videns fugit his quoq; ttemulus euadit, neq: nō toto corpore tremuit, cui corā formidabili aliquo magiſtratu negotiū eſt, quippe loqui iuſſus, ne vocē quidē citra

Cap. 3. Ariſ. Argu. pro ſua opinione Primum.

Cap. 5.

Cap. 4.

Seccundum Ariſ Argu. ex Criſippo cap. vlt.

Ter. pro Ari. Argumen.

Cap. 1. in calce.

Confir. Arg. huius ex Auer.

Cap. 2,

timorẽ reddere poterit)cũ tremor ſit motus imbecillis, & hæc imbecillitas proueniat;quia ſanguis ſpiritus,& calor ſe ad cor recipiũt:quis neget facultatẽ motricẽ à corde emanare?ſi ergo ex his cõſtat,facultatẽ motricẽ emanare à corde, perſpicuũ eſt crebrũ non poſſe eſſe eius originẽ. Rurſus ad hoc oſtendendũ accedit experientia comprobatorũ arg.In ſecta namque capite amputato adhuc volat,quod nobis declarat luce clarius, facultatẽ hanc non deriuari à cerebro. Præterea eſſe cor ſenſus initiũ, non ſolũ motus, probat ipſe Ariſt.hoc modo.Quod ſanguinis eſt principiũ, ſenſus et eſt principiũ,ſed cor eſt ſanguinis principiũ;ergo & ſenſus.Colligitur hoc arg. ex lib.3.de par.ani.Quomodo aũt maior vera ſit;difficulter videtur deduci poſſe,deduceremus nos ex decretis ipſius Ari.Decretum.n.eſt eius li.2.de aĩa. Animal eſſe animal per ſenſum:vnde ſic licet enuntiare,quod eſt animalis principiũ,ſenſus quoq; principiũ eſt. Et alterum eius decretum,partes animalis ex ſanguine conformari, & ideo ſic ẽt licet enũtiare;quod animalis eſt principiũ, ſanguinis quoq; principiũ eſt.Secundũ hoc decretum per oẽs quinq; libros de gene.ani.celebratũ eſt,totumq; ſummatim in li. de reſpiratione.Cum igitur animal, ſit animal per ſenſum, & animal ex ſanguine ducat initiũ; ſequeretur,idem eſſe initiũ animalis ſanguinis,& ſenſus.Nec Gal.nec Plato duo hæc decreta à me ſuppoſita reijcerent. Valet igitur illa propoſitio,quod eſt ſanguinis initiũ,ſenſus quoq; initiũ eſt, minorẽ propoſitionẽ multis modis cõfirmat Ariſt.quos ẽt antea vidimus:ſi cor igitur ſenſus eſt.initiũ,crebrũ eſſe nõ poteſt. Quod Ari.ſenſũ quoq; patere ait;nã cerebrũ penitus caret ſenſu,veluti ſanguis;immò veluti excrementa;nam & rurſus cum nulla parte ſenſus prædita copulatũ eſt cerebrũ;nõ poteſt igitur eſſe cebrũ initium eſſe ſenſus.Adductos verò fuiſſe nonnullos,ait ad aſſerendum,cerebrum eſſe ſenſuum initium, qui ignorabant cauſam,cur in capite celebrentur ſenſus nonnulli vſus,& auditus,non guſtus,& tactus,inquit,ſtatim pendent à corde olfatus medio ſe habet modo; cauſas autem eas ipſe explicat, quarum commemoratione opus non eſt.hoc tamẽ in loco licet obſeruare repugnantiã Auerrois cum Ariſt. Ait namq; Ariſt.apertiſsimẽ loco ante expoſito,qui & ſecundo libro de partibus animalium, guſtũ, & tactum à corde ſtatim emanare,viſum & auditum in capite

Quartũ pro Ariſ. Arg.

Secũdũ Ariſ. Argumen.

Cap. 4. Tex. 16.

Cap. 10:

Sexto Ariſ. Argu.

Repugnantia Auer. cum Ariſ.

Cap. 1. 10.

pite celebrari olfatum medio modo ſeſe habere. At Auer,
Cap. 11. libro ſecundo colliget quattuor ſenſus in capite collocat,
de ſolo tactu ambigit, quomodo ſe habeat. At quia nos tue
mur medicos, non Philoſophos, id aliis conſiderandum re-
linquimus: ſat eſt monſtraſſe locum. Rurſus eſt argumentū
Septimū argum. pro Ar. ex Auerroe. alterum & validius quod probat, non ſolum cor eſſe ſenſus
aut motus initium, ſed vtriuſque eſſe originem; quod ab
Auerroe preſertim excogitatum eſt, ita tamen, vt etiam ex
ipſo Ariſt. colligi facilè poteſt; id verò eſt in ſomno interci
pitur ſenſus, & motus, ergo facultas ſenſoria & motoria e-
manant à corde; facile deducitur argumentum quoniam
in ſomno calor, qui cordis eſt inſtrumentum, ſeſe ad cor re
trahit; recedente itaque calore à membris, recedit etiā fa-
cultas mouendi, ac ſentiendi: recedere autē hunc calorem,
Sectio 4. 14. patet ad ſenſum & ab Hipp. authoritate li. 6. epidemiarum,
cum dicit partes extrinſecas eſſe frigidiores in ſomno; in-
triſecas verò calidiores; quod ſæpiſsimè à Gal. repetitū eſt.
Cap. 2. Hæc verò confirmantur experimento poſito ab Ariſt. in lib.
de ſomno & vigilia, ſi arteriæ (inquit) carotides funiculo de
uinciantur, animal ſenſu priuatur & motu, ergo à corde
prodit ſenſus, & motus; cum videlicet arteriæ illæ à corde
prodeant. Præterea calor innatus eſt animæ inſtrumentum
ſed huius caloris fons eſt cor (teſte ēt Galeno lib. 5. de locis
8. pro Ariſ. argumentū. affe. ergo a corde omnes prodeunt animæ actiones; ſi om-
nes, ergo & mouendi, & ſentiendi ab eo prodibit. Cum ita-
que viſum ſit, cor eſſe initium ſenſus, & motus; hinc ſequitur
Cap. 1. eſſe initium omniū animaliū facultatum, & obtinere princi
patum inter cætera omnia membra, nam licet concedamus
hepar eſſe principium facultatis vegetabilis, non ideò dici-
tur, principatum obtinere: nam per eam facultatem ani-
mal non eſt animal; immò verò eam cum plantis commu-
nem obtinet; ſed per ſenſum animal eſt, ſi ſenſuum cor eſt
initium; facile deduci poteſt, inde principium etiam facul
argu. quædā Gal. aduerſus hanc opinionem Ari. tatum eſſe, quas tres eſſe patet, vt nūc attinet ſcilicet ima-
ginatricem, Ratiocinatricem, & memoriam: hæ enim reci-
piunt imagines, & idola ſenſilium eaſ'aſſeruant, componunt
ac diuidunt: quare idem eſſe debet initium, & harum facul
tatum & ſenſuum ipſorum. Solent aduerſus hanc opinio-
Cap. 4. nem adduci argumenta quædam Galeni, primum ſumitur
hoc pacto, ſi reſcindantur per tranſuerſum nerui pars conjū

cta

ſta cerebro adhuc motum & ſenſum diſtribuit, disiuncta nequaquam,ergo à cerebro ſenſus & motus emanant. Alterum argumentum ſumitur à modo curandi ex tertio libro de locis affectis in deliriis,& indeleta memoria,præſidia cerebro adhibentur,non cordi; ergo ille facultates ſedem ſuã in cerebro habent non in corde.At facile euerti poſſunt hęc argumenta, & dogma Ariſtotilis defendi; ſi dicamus ad primum argumentum motum quidem à cerebro effluere; at non primo & per ſe; cum ei hæc facultas à corde ſubminiſtretur. Vnde ſi eruatur oculus,tollitur viſio; facultas tamen illa aliunde emanabat ſiue à cerebro, velis, ſiue à corde; hoc facto defenditur Ariſtoteles dogma. Ad ſecundũ argumentum (vt omittamus aliorum ſolutiones)in deliriis & deleta memoria,reſponderet Ariſtot.tunc cerebrum non poſſe fungi offitio ſuo; nam eius officium eſt moderare cordis calorem,tunc moderari non poteſt, & ideò cum calor ille ſit animæ inſtrumentum, deſtitutas, ac imbecillas edit actiones: nam (vt hoc exempli cauſa dicatur) in delirio inflammatur cerebrum calore præter naturam & ita non poteſt refrigerare cordis calorem quare ad rectam curationẽ debemus cerebrum frigidis medicamentis ad ſuam natiuã temperiem reuocare, vt vſum ſuum præſtare poſsit. In memoria verò deleta adeò frigiditate afficitur cerebrum, vt non ſolum ſanguinem refrigeret,ſed etiam congelet, & ita deletur memoria; quare calidis medicamentis reſtituenda eſt temperies cerebro,& moderate refrigerare poſsit,ſic ſenſiſſe Ariſt.patet ex verbis illis libro ſecundo de partibus „ animalium (ſi cerebrum humet, vel ſiccet ſupra modum, ſuò fungi officiò non poteſt. Sed aut non refrigerabit, aut coagulabit; itaq; morbos, deliria, mortes afferet) Verum patebit hòrum decretorum defenſio adhuc clarius, ſi quomodo hæ facultates à cerebro diſtribuantur aperiamus. colligitur hoc ex illo 2.libro colliget ab Auerroe calor eſt inſtrumentum deferens omnes iſtas actiones, ſed cum deferat etiam facultatem nutritoriam, non eſt credendum ab vno, & eodem calore actiones iſtas prodire, quòd clarè in dormientibus apparet, qui commodiſsimè nutriuntur; ſenſibus tamen priuati eſſe videntur;cerebrum igitur refrigerans hunc calorem reddit eum aptum ad actiones animales perficiendas. Colliguntur hæc ex ipſomet

Cap. 4

Cõfutatio horum argumẽtorum Gal.

Cap. 7.

G Ariſt.

Cap. 10. Ariſt. 2. illo libro de partibus animalium (cum ait ſic)
„ ſenſus exquiſitiores per partes, quæ ſanguinem habent, puriorem abſolui neceſſe eſſe; ſanguinis enim calidioris agitatio officium ſenſiendi intercipit, atque refringit; his de cauſis ſedes eorum ſenſuum mandatæ ſunt capiti) liquet hinc, ſanguinem à corde per arterias affluententem delatorem eſſe harum facultatum; ſi refrigeretur eius feruor à cerebri frigore: ſicut hoc explicauit Auicennas libro vltimo de anima.

Cap. vlti. Volueruntque quidam, idem hic euenire, quod in calore, & lumine ſolis accidit, nam omnia ab eo gignuntur in terris; hic tamen calor, & lumen, pro ut à varijs ſideribus participatur, varios effectus producit ſic etiam à corde omnes prodeunt actiones per ſanguinem, & ſpiritum, caloremque in eis inſidentem: ſed hic calor diuerſos in corpore producit affectus, pro vt diuerſis partibus natura inter ſe communicatur, vt de ſole, & eius lumine diximus. Hinc itaquè facilè rurſus poſſunt ſolui obiecta concedendo ipſi Galeno, facultates animales in cerebro exerceri; quia cerebrum calori innato à corde emananti largiatur certam quandam temperiem, qua actiones iſtas efficere poſsit. Vnde videtur motus à cerebro prouenire? quia calor ille cordis non eſt aptus ad efficiendum motum, niſi ad certam quandam temporiem à cerebro reuocetur; & ideò dicendum eſt, à cerebro quidem motum prodire non primò, & per ſe, ſed ſecundario; Idem dixeris de principibus facultatibus. ſublatis his argumentis Galeni, quæ videntur eſſe validiſſima: reſtant Ariſt. decreta ſtabilia, atque inconcuſſa, &

Cap. 9. ita Auerroes eodem libro citato in primo argumento magis dignum repræhenſione eſſe Galenum ait, quam Archigenem; qui in obleſa memoria cerebro præſidia admonebat. Putant omnes hi philoſophi declinatis his duobus argumentis, totam Galeni diſciplinam in his facultatibus eſſe peſſundatã; cum in hoc valde hallucinentur. Nunquam enim Galenus (vt multi dicere videntur) adduxit ea argumenta, vt aſtrueret in cerebro harum facultatum principatum; ſed tantummodò, vt demonſtraret, has in cerebro faculte s exerceri ſiuè primò, & per ſe, ſiuè ſecundario, nam alijs rationibus

tionibus Galenus poſtea aſtruit hunc principatum, vera eſſe, quæ dico: patet ex eius verbis locis iam dictis; nam in eo loco, vnde prius eruitur argumentum, ſic ait. Verum non æquè; deinde manifeſtum eſt, an ſit quæpiam aliā pars, quæ ita cerebro, ut ipſum neruis, vires impartiatur: an potius ipſum fons earum ſit: etenim hæc diſquiſitio ad animi principatum pertinet. In altero autem loco ait Galenus ſe ſe in libris de decretis Hipp. & Plat. demonſtrationes attuliſſe, quòd animæ principatus in cerebro ſit, quibus verbis innuit, illam ſuam tunc non fuiſſe demonſtrationem de principatu: ſed dumtaxat, quod memoria in cerebro celebretur ſiuè modò primo, & per ſe, ſiue ſecundario; tunc haud magnopere curabat; non igitur gloriētur Philoſophi iſti quaſi vim omnium argumētorum Galeni effugerint: cum duo illa argumenta ſeuerterint quæ nunquam ab authore ipſo ad aſtruendum principatum in cerebro adducta fuere: quod Galenus crediderit cū Hipp. & Plat. ſenſum & motum, ac principes facultates præcipuam ſuam ſedem in cerebro obtinere, tam notum eſt, ut fruſtra ſit, ut tempus conteratur in hoc aſtruendo. Præterea locos multos adduximus Galeni, in quibus hoc apertiſsimè profitetur, cum egimus de facultatibus. quare opus eſt tantumodò in medium afferre, quomodo illud demonſtrauerit.

CAPVT NONVM, IN QVO GAleni explicatur poſitio de animalis facultatis principio.

GALENVS Libro ſecundo de decretis Hippo. & Plato. cum conſtet. inquit, à cerebro ſenſum, & motum prodire; dubium verò ſit, an cerebrum ex ſe vim obtineat, an à corde ſuſcipiat? Ad hoc dubiū enodandū, cōfugiendū eſt ad anathomē: videdūq; quomodo inter ſe cōnexa ſint cor, atq; cerebrum: nā ſi alterū alteri diſtribuere aliqud debet, *Cap. 6.*

innatum còrdis eſſe omnium harum actionnm authorem; qui in cerebro refrigeratus multa agit, quæ aliter alibi agere non poſſet: at calor hic cum ſanguine, & ſpiritibus defertur. Vnde neceſſe eſt, per arterias deferri; qui enim per neruulos fluere poſſet? Auerroes ipſe, & alij aut non viderunt hoc argumentum, aut diſsimulauerunt ſe vidiſſe. Demonſtrat namque contra Ariſ. diſsimulauit fortaſſe Auerroes; quia ſumptum eſt ab anathome; & ipſe ingenue paſsim fatetur ſe lites inter Galenum, & Ariſ. ortas ab anathome non poſſe dirimere; cum eius temporibus diſciplina ea extincta ferè iaceret. Mihi tamen videtur poſſe aliquo pacto Ariſ. ſubterfugere hòc argumentum nam Galenus in libro de vſu pulſum, ait, ſe animal, cui arterias carotidas fune interceperat, incurſum impuliſſe, ipſumq; aliquandiu cucurriſſe velociter; paulatim verò remiſſam eſſe velocitatem adeò, vt tandem currere non poſſet. Quarum rerum rationem reddit factis duobus ſuppoſitis alibi demõſtratis. 1. ꝙ in motu volũtario ſpirit⁹ animalis cõtét⁹ in vẽtriculis cerebri euaneſcit. Altero quòd hic ſpiritus animalis nutritur ſpiritu vitali delato per arterias. Immò verò vitalis ſpiritus in hunc animalem conuertitur: currebat itaque animal illud: quia in uentriculis cerebri continebatur animalis ſpiritus: paulatim verò remittebat de curſu ſuo adeò, vt tandem penitus ceſſaret; qnia abſumebatur animalis ſpiritus, qui non generabatur amplius; prpterea quia vitalis ſpiritus eo non confluebat laqueò interceptus. poſſemus itaque pro Ariſ. reſpondere, ut ſuperius fecimus, cum ſermonem habuimus de tauro illo qui caſtratus uaccam impleuit: poſſemus (inquam) dicere, animal illud aliquandiu cucurriſſe, quia in arterijs adhuc continebatur ſanguis, & ſpiritus, unaq; cum ipſis calor: & ideò uigebat adhuc facultas illa: Sed cum aliquandiu ſanguis ille in cerebro conſtitiſſet ultrà modũ cœpit refrigerari: q͞a amplius non aſcendebat calor à corde repugnans cerebri frigiditati. cum itaq; plus iuſto cœpiſſet refrigerari, motus etiam cœpit langueſcere adeò: ut, cum ad ſummum frigus deueniſſet, motus penitus ceſſauerit. Mihi tamen uidetur hoc etiam ſubterfugium admi poſſe Ariſtoteli: nã re uera patet curſum illum defeciſſe ob conſumptionem alicuius ſubſtantiæ potius quàm ob nimiam refrigerationẽ: nam

Defenſio pro Ariſt. argu. hoc.

Cap. 2.

Cõfutatio defenſionis pro Ariſt. ad ar. dictum.

nam ſi animal illud non fuiſſet ad curſum concitatum; ſed lentè tantum inceſsiſſet;diutius perſtitiſſet in inceſſu, quàm in curſu; quia in leui motu minus ſpirituum abſumptum fuiſſet: quod de refrigerio dici non poſſet; nam ſanguis ille eodem pactò frigus cerebri ſubſtinuiſſet in leui motu, quo inconcitato,immò verò magis,cum motus vim calefaciendi habeat. Quapropter ſi ob alteratione hoc dumtaxat prouenifſet tam cito,immò verò citius fortaſſe aboleretur leuis motus,quàm curſus. Iterum ſeſe defendere poſſet Ariſtot. alio modo, quòd in arteriis illis complicatis inter ſe diu contineatur ſpiritus vitalis,& quamdiu continetur, tādiu vim motricem eſſe ſuperſtitem, atque alias ſicuti diximus nos, In caſtrato tauro aſſeruatum fuiſſe in vaſe ſeminali,& aſtite varicoſo ſemen; & ideo generare potuiſſe. Si ſic dicamus ferè conuenit inter Ariſt, & Galenum in hoc ſolū diſſentiunt,quòd Ariſt.velit ſpiritum vitalem tantummodo alterari ſcilicet refrigerari à cerebro, & ita authorē eſſe omnium actionum,quæ à cerebro videntur emanare. Galenus autem vult,hunc ſpiritum in aliam tranſire ſubſtantiam,& ex vitali fieri animalem: quare hic videndum eſſet, vter rectius ſentiat: nam ſi per alterationem tantum ſubeat hic ſpiritus,profectò cor erit appellandum harum facultatum initium: ſed ſi in aliam ſubſtantiam commutetur,vera erit Galeni ſententia; cerebrum obtinere principatum,ipſumque ſibi parare inſtrumentum,quo vires ſuas diſtribuat ſpiritum videlicet animalem. Mihi ſanè videtur,ſi ſolum alteratur ſpiritus vitalis,vrgeri Ariſt. incommodo nunc dicto, quòd animal illud tam citò deficeret in leui motu, quàm in concitato. Demonſtrat hoc Galenus adhuc libro ſeptimo de decretis Hipp.& Plato hunc ſpiritum in aliam commutari ſubſtantiam,non tantum alterari; quoniam natura cum magnam aliquam commutationem alicuius ſubſtantiæ moliri vult; fabrefacit vias longas,atque inuolutas, vt eam diutius retineat. Sic fecit cum ex ſanguine lac producere voluit; ſic cum ex ſanguine ſemen genitale. In illo enim per longa itinera ſanguinem deduxit:in hoc per longa & anfractuoſa(vt antea viſumeſt)ſic etiam inteſtina per mille meandros, ac giros circumflexio, vt cibum perfectius conquoquerent; ſic & hoc in loco plexum reticularem ex arterijs contextum fabrefecit, vt in eo ſpiritus vitalis

Defendetur adhuc Ariſ.

Confutatur Ariſtot.

Cap. 3.

lis contentus in animalem commutaret; quod ſi tantum refrigerare vitalem ſpiritum oportebat, non erat opus tanto artificio. quòd ſi etiam naturam horum ſpirituum conſideremus; videntur eſſe diuerſi; nam proculdubio vitalis eſt impurus, & cum ſanguine commixtus: animalis verò purus, ac ſincerus, quam ſanè puritatem à cerebro conſequitur. Vnde non ſolum refrigerari videtur, ſed purior etiam, ac nitidior reddi, vt vel ipſe Ariſtoteles ſanguinem in cerebro ſinceriorem eſſe; fateatur. Poſſet alio etiam modo Ariſtoteles ſubterfugere ante allatam demonſtrationem, dicens fune intercipi extrinſecas tantum arterias. at poſſe etiam eſſe intrinſecas, quas intercipere non queas; & propter has conſeruatur ſenſus, & motus. *Subterfugiū aliud etiam pro Ariſt.*

At hoc ſubterfugium reiicitur ex alio exemplo ſumpto a libello de vſu pulſuum: nam animal illud currens diutius curreret, nec deficeret in motu, niſi adhuc vis illa foueretur ab occultis arteriis, demonſtratio hæc potiſsimum declarauit ſenſum & motum eſſe in cerebro; quod ſi eſt; ſequitur, principes quoque alias facultates in cerebro; eſſe. *Confutatio huius ſubterfugii Ariſt.*

Neque enim Ariſtoteles negauerit, eas eſſe vbi ſenſus, & motus eſt, ſed de his etiam ſeorſum; hoc demonſtrari poteſt ex libro quinto de locis affe. & libro tertio de decretis Hippocratis & Platonis & libro ſexto de decretis, in affectibus cordis præter naturam vehementiſsimè: hæ facultates non læduntur, ergo cerebrum eſt earum fons: quod verò non lædantur in maximis cordis affectibus, patet experimento; multi namque in cordis corpore vulnus acceperunt, & diem ac noctem ſuperuixerunt mente conſtantes, & nunquam delirantes. Quòd autem in cerebro lædantur hæ facultates, patet ex libro ſeptimo aphoriſmorum & ex libro de vulneribus capitis Hippocratis: *Cap. 2. Cap. 6. Cap. 3.* *Apho. 14.*

„ Ait enim (in capitis ictu obſtupeſcentia, & deſcipien-
„ tia malum) Galenus rationem reddit, quia indicat id læſum eſſe cerebrum. Ad hoc reſponderet Ariſtoteles vulnus illud cordis non deueniſſe vſque ad ventriculos; & ideo non eſſe læſam rationem. Quod ſi vulnus vſque ad ventriculos pertingat, animaduerti non poteſt, lędatur ne ratio, an non, quia ſtatim vulneratus perit; quòd ſi appareat euidenter ad cerebri no- *Adhuc defenditur Ariſtot.*

noxa ſequi facultatum illarum detrimentum. Dici poteſt pro Ariſtotele, hoc ideò euenire, uel quia cerebrum inflammatur, & idcirco non poteſt uſum præſtare, qui erat refrigerare cor, & ſanguinem ab eo emanantem, uel quia comprimitur adeò, ut ſpiritus uitales non liberè meare poſſint; ſed quomodò effugiat hoc aliud argumeptum Ariſtoteles, non uideo; nam febres uehementes, ueluti synochi, & cauſi ſæpe inuadunt ſine delirio: immò uerò febrigitans optimè conſtat mente, & ſenſus integros habet: licet accedatur tunc ſanguis in uentriculis cordis contentus, ubi reſident hæ facultates, & tamen hæ facultates non læduntur, niſi in his febribus mali uapores petant caput, & cerebrum meningaſuè inflamment, aut ſaltem plus nimio calefaciant. Adhuc reſpondebit quiſpiam, hominem in his febribus mente coſtare, quia cerebrum temperet huiuſmodi calorem. Sed hoc ſuhterfugium uaniſsimum eſt: Vt enim conceſſero cerebrum naturali ſua temperie prȩditum cordis calorem naturalem attemperare ſua frigiditate, non uideo, quomodò hunc eundem calorem multis numeris auctum attemperare poſsit in eadem ſua temperie manens. Si rectè namque attemperare deberet, oporteret, ſicuti augetur calor in corde, ita augeri frigus in cerebro. Quis autem dicat in febribus ardentibus creſcere frigus in cerebro? cũ per totum corpus diffundatur calor ille febrilis adeò, ut neceſſe ſit, cerebrum, & ipſum calefieri. cum enim ipſe Ariſ. fateatur, cerebrum calefieri à uenis, & arterijs per ipſum diſſeminatjs, patet, quò plus aderit caloris in uenis, & arterijs; eo plus cerebrum calefacium iri. Quare licet mecum diu, multumque cogitauerim: numquam tamen inuenire potui, quomodo huic obiectioni pro Ariſ. rectè reſponderi qoeatꝗ, & ideò Galeni ſententia uidetur magis eſſe ſenſui, & rationi conſentanea: quod adhuoc euidentuis diluceſcet, ſi oſtendamus Ariſ. in uſu cerebri, & in ſuis argumentis fuiſſe allucinatum. Vſum igitur cerebro ab Ariſ. attributum multis modis reprȩhendit Galenus libro ottauo de uſu parrium. Primò adiſtantia loci; nam ſi natura noluiſſet, cerebrum refrigerar, e cor propiunqum ipſum cordi collocaſſet: deinde ab obſtaculis interpoſitis: nam Cor thorace, cerebrum craneo continetur. Vnde per hæc frigus, penetrare non poteſt collum inter thoracem, & cra-

Cōfutatio aduerſ.s Ariſ.

Subterfugiũ, pro Ariſt.

Confutatio.

Ariſ. hallucinatum fuiſſe in vſibus cerebri. cap. 2.

nenni. Preterea intercedit, quod in quibuſdam anima- tibus adeò eſt oblongum, vt inſanus videatur, qui in grue & ciconia cor à cerebro refrigerari aſſeueret. Non addā, quæ dicuntur à Galeno ad deridendum Ariſtotelem, quod videlicet à calcaneis citius, & facilius cor refrigerari poſ- ſit, quàm à cerebro. Satis enim eſt mihi delibare rationes potiſsimaſque, concludere videntur. Huc accedit alia ra- tione naturam inueniſſe viam refrigerandi calorem cordis cognitam etiam ipſi Ariſtoteli in libro de reſpiratione, & libro tertio de partibus animalium, atq; hæc eſt reſpiratio quæ cum conſtet ex duabus partibus, ut antea viſum eſt In- ſpiratione videlicet, & expiratione. Inſpiratio attrahit aerem extrinſecum, quò calor uentilatur. Expiratio ex- trudit fumos fuliginoſos, vt calor natiuus purior reddā- tur, & minus calidus. Non itaque opus habebat cere- bro ad hunc vſum. Defendat hic quiſpiam Ariſtotelem, uoluiſſe cum; cor ipſum à cerebro refrigerari: ſatis enim hoc præſtabat reſpiratio, ſed tantummodo ſanguine à cor- de ad cerebrum emanantem ad exercendas ibi multas fun- ctiones. At ſi quis diligenter legat caput illud ſeptimum ſecundi libri de partibus animalium, videbit apertiſsimè Ariſ. uoluiſſe, frigus cerebri contemperare totum calorem à corde emanantem; cum ſtatuat has duas partes tamquā duo extrema inter ſe repugnare, cor calidiſsimum, & cere- brum frigidiſsimum, & hoc factum fuiſſe, ait ad naturæ to- tius ſalutem ita, vt ex duobus extremis media quædam temperies conflaretur toti animali ſalutaris: ut cumq; ſit uiſum eſt; antea facultates ipſas non exerceri, quia ſanguis arterialis in cerebro refrigeretur, ſed quia in animalē ſpi- ritum conuertatur.

CAPVT DECIMVM ET VLTIMVM IN QVO Ariſtotelis argumenta reſoluuntur.

NVNC Verò diſſoluamus Ariſtotelis argu- menta oſtendentia; cor, non cerebrum eſ- ſe initium facultatis animalis, quò uerò ad primū argumentū, neganda eſt Minor principalis Syllogiſmi, ad primum verò argumentum, quò minor illa confirmatur, *Solut. ad 1. Arg. Ariſ.*

negandum eſt in corde eſſe ...

nullus eſt ibi neruus: ſed dumtaxat ligamenta quædam; quæ Ariſ. putauit, eſſe neruos cum inter tendimen, ligamẽtum, & neruum nullam cognouerit dixtinctionem, ut patet ex eius verbis tertio libro de. hiſtoria animalium, & ex libro 2. de partibus animalium cap. nono; ſicuti etiam Galenus hoc explicat libro ſecundo de decretis Hipp. & Pla. Ad ſecundum verò argumentum ipſius Chryſippi pro Ariſ. reſpondeo cum Galeno, motum illum cordis non eſſe motum voluntarium; ſed pulſatilem: Atqui demonſtrandum erat, motum voluntarium primò incipere, & ultimo ceſſare in corde quod cum demonſtrari non poſsit, nullum hinc colligi poteſt argumentum, Item dicas ad Ariſ. palpitationem illam non eſſe motum voluntarium. Ad tertium argumentum dicimus, Cor eſſe ſpiritum uitalium principium, qui licet velociter per corpus ferantur; non ſunt tamen in cauſa, cur reliquæ partes ex noſtro arbitrio moueantur. Soli namque ſpiritus animales id præſtant, ut iam ſupra oſtenſum eſt. Ad quartum verò Auerrois, & validiſsimum argumentum multis modis reſpõdere poſſumus, primò motus prouenire à cerebri temperie, ſicuti reliquæ actiones omnium membrorum à propria eorum temperie prouenjunt. Hæc autem temperies fouetur calore emanante à corde, vt ſæpe dictum eſt, & in difficultate de principatu facultatis uegetabilis; quia ſi ceſſaret calor ille in temperatura membrorum, non poſſent celebrare actiones ſuas. cum igitur in timore calor confugiat ad cor, & partes reliquas deſtituat; hinc fit, quod omnium membrorum temperaturæ imbecilliter agunt: quod ſi admodũ inualeſcat timor interdum etiam penitus actiones dirimuntur, & vita una cum eis extinguitur. Præterea poſſumus dicere membra omnia inter ſe conſentire: totum enim corpus influxile eſt, & conſpirabile, quare mirum non eſt, ſi membra præcipua ſibi ipſis ſuas noxas cõmunicent: & una facultas læſa trahit alteram in conſenſum: quare cum in timore concutiatur facultas uitalis; ſequitur, alias quoque concuti facultates: hæc enim alias citius trahit in conſenſum, quàm ab illis trahatur. Præterea poſſumus dicere, omnes humores in corpore commoueri in illo reditu repetino ſanguinis ad cor: ac ita neruos, muſculoſque his humoribus repleri ita, ut tremor exoriatur, aliaque uaria

Cap. 5.
Cap. 9.
Cap. 8.

Solutio ad ſecundũ Ar. argum.

Solutio ad tertium arg. Ariſtot.

Solutio ad quartũ Auerrois argum.

exoriantu

exoriantur ſyntomata, prout ad varia loca humores repũt. Vnde in timore ſæpe aluus deiicitur, vt ſcribit Ariſtoteles vigeſimaſeptima ſectione problematum, quàmquam eam alui deiectionem frigori aſcribat, Crederem ego, potius humores bilioſos agitari, quæ inteſtina mordicantes aluum ipſam cient; interdum in timore ſitis infeſtat; quia videlicet hi humores ad ventriculum confluant, & lotium etiam proritatur; quia ſtimulant ijdem humores vias vrinæ; atque in alijs affectibus non ſolum in metu humores commouentur, & totum corpus concutitur, ſicuti in iracundia, in qua non poſſumus dicere calorem deſeruiſſe partes extimas; cum in iracundia ad partes illas moueatur. Præterea non ſolum refrigeratio eſt cauſa tremoris, ſed alia multa, vt ſcribit Galenus in libro de tremore paſsim. Eſt quidem hęc imbeccillitas facultatis, quæ à varijs cauſis prouenire poteſt: vnde ſi deficiat alimentum, imbeccilla redditur facultas. Item ſi magna fiat euacuatio vel à pharmaco, vel ex ſymptomate aliquo, imbecilla redditur. Cum igitur ob defectum alimenti exoritur tremor; non eſt dicendum facultatem motricem exoriri ab hepate ſuggerente alimentum omnibus partibus corporis: nec vtilem cum imbecilla redditur ob animi perturbationes; dicendum eſt, facultatem hanc pendere à corde; ſed dicendum eſt; nexas omnium facultatum inter ſe mutuò communicari, vt diximus in prima ſolutione. Ad quintum argumentum de inſectis, quæ diſſecta à capite euulſa mouentur; vt etiam ſcribit Ariſtotiles quarto libro de hiſtoria animalium; dicendum eſt, ea interdum volare; quia alas habent: caput tamen & ipſum auulſum mouet bronchyas ſuas eo, quo licet modo: ſed tũc etiam caput viuit aũulſum à reliquo corpore. Quare licet arguere, vitam non pendere à corde, vel ab aliqua parte cordi proportione correſpondente; Quid? quòd Ariſtoteles in libro de reſpitatione ait, teſtudines auulſo corde adhuc viuere, & moueri. Itaque ſoluuntur omnes difficultates, q hæc animalia imperfecta non habent certam ſedem ipſius animæ, ſed per totum corpus diſperſam, & diſsipatam; & „ (vt verbis Ariſt. eo in loco vtar) plura in potentia princi„ pia habent. nihil igitur argui põt ex his imperfectis ani„ malibus ſupra animæ principatum; cũ in nulla eorũ par

Problemate primo.

Solutio ad 5. Ariſt. argu.

Cap. 7.

Cap. 14.

Ad 6. Ariſ. argu. Solut.

tum, minor iam labefacta eſt in quæſtione ſuperioribus ventilata de facultate vegetabili; vbi demonſtratum eſt, hepar, non cor ſanguinis eſſe initium; Maior etiam negari debet: aliter ſequeretur, iecur eſſe ſenſus initium; non enim valet ex ſanguine partes animalis conſtituuntur, ergo principiũ ſanguinis ſenſus etiam principium eſt; ſi enim hoc valeret, illud etiam valeret ex ſemine genitali partes ſolidæ animalis conſtituuntur, ergo principium ſeminis ſenſus etiã principium eſt; & ſic ſequeretur, teſtes eſſe ſenſus initium; quapropter argumentum Ariſtotelis potius concluſit de teſtibus, & de hepate, quàm de corde: pro nihilo tamen eſt habendum hoc argumentum: nam diuerſa ſunt principia. Ad

Ad 7. argu. pro Ariſto. ſolutio.

ſeptimum argumentum quod Sueſſanus valde magnifecit. Ait enim, hepar eſſe alimenti principium; & ipſum quoq; maximè nutriri, eſſe vitæ principium, & ipſum maximè viuere, eſſe principium caloris; & ipſum eſſe calidiſsimum; ſic etiam cerebrum ſi ſenſuum author eſſet; ſenſu quoque inſigni & ipſum eſſet præditum: ſed cum ſenſu careat cerebrum, dicendum eſt, non eſſe authorem ſenſuum. Reſpondeo; non tenere ſimilitudinem aliorum principiorum cum cerebro. Nam actiones eorum ipſis quoque principijs neceſſariæ ſunt: quomodo enim perduraret hepar, niſi nutriretur? quomodo cor etiam, niſi proprio calore foueretur, ac cerebrum etiam, ſi non ſentiat, modo nutriatur, & calore innato à corde effluente foueatur; perdurat, & miniſterio ſuo fungi poteſt. Ait namque Galenus libro primo de

Cap. 8.

ſymptomatum cauſis cerebrum nõ vt ſit ſentiẽdi inſtrumentum, ſed vt ſenſuum inſtrumentis vim ſentiendi præſtet à natura inſtitutum eſſe; & quod hæc ſimilitudo non teneat, patet; quia actio iecoris, & cordis neceſſariæ ſunt omnibus particulis corporis. Vna queque enim nutritur: vtraque enim cordis calore fouetur, at ſenſus ſunt incertis quibuſdam particulis, vt de quatuor ſenſibus patet; viſu nempe, auditu, olfatu, & guſtu, ità etiam tactus ipſe nõ per omnes partes eſt difuſus, vt de oſsibus patet. Præterea Galenus loco nunc citato & libro octauo de vſu partium, & libro ſeptimo

Cap. 6.

de decretis Hippocrati & Platonis cum ſenſus ſit cognitio

Cap. 6.

quædam; Vult, eam cognitionem à cerebro percipi; & ideo ſcribit, inſtrumenta quidem ſenſuum alterari ab obiectis;

eam verò alterationem à cerebro percipi, & ideo cerebrũ ſenſum communem ſolet appellare & primum ſenſiterium. At hoc Ariſtoteles negat; nec tamen reddit rationem negandi; ſed de hac re non eſt locus diſcutiendi. *Ad 8. argu. Ariſ. ſolut.* Præterea ſic argumentabatur Ariſtotles ceerebrum non ſentit, ergo nõ eſt author ſenſuum: quæro, de quo ſenſu intelligat, & procul dubio de tactu intelligit; ſic itaque erit conſcribendum argumentum, Cerebrum caret ſenſu tactus, ergo ſenſuum author eſſe non poteſt. At non videtur, ſi tenet hoc argumẽtum, teneret etiam illud, Cerebrum non videt, Cerebrum nõ audit, Cerebrum non guſtat, Cerebrum non percipit odores, ergo Cerebrum non eſt author ſenſuum; ſi valebunt hęc argumenta, auertet etiam Ariſtotelem ſe ipſum. Nam dicã ego, Cor non videt, Cor non audit, non percipit odores, ergo non poteſt eſſe ſenſuum diſpenſator, ſed jam dictum eſt, *Ad 9. Ariſ. argu. ſolut.* vanum eſſe hoc argumentandi genus. Ad nonum argumentum, dicimus, tale argumentum, manifeſtas habere ruinas, *Ad 10. ex Auerr. arg. ſolutio.* & ſenſui repugnare; nam à Cerebro nerui oriuntur inſigni ſenſu præditi; & ideo cum partibus ſenſu præditis copulatum eſt. Ad alterum argumentum dicendum eſt, Auerroẽ *Cap. vlti.* petere principium, aut circulari vti demonſtratione, ad cõprobandam ſuam demonſtrationem id ſumit, quod probatione egebat; nam Galenus illico negabit, ſomnum à corde prouenire, vt patet libro primo de cauſis ſympto natum dicetque ſenſu hoc facto prouenire ſomnum, nempe quod ventriculi cerebri obſtruuntur ita vt ſpiritibus animalibus exitus intercipiatur; quo fit, vt ſenſus, & motus tunc quieſcat: eorum enim vinculum eſt ſomnus: quæ ſane *Ad vlti. Ariſt. arg. ſol,* opinio veriſsima eſt: nam rationi conſentanea eſt, cum opinio Ariſtotelis, & rationi, & ſenſibus repugnat. *Cap. 6.* Ad poſtremum Ariſtotelis argumentum dicimus, in eo oſtendere valde fuiſſe ignarum harum facultatum, ac anathomes imperitum, (pace eius dixerim) Nam ſi arteriæ carotides funiculo intercipiantur, nec ſenſus, nec motus, perit, vt iam oſtenſum eſt in prima Galeni demonſtratione ex libro ſecundo de decretis Hippocrati & Platonis, ſed fortaſſe Ariſtoteles diſſecabat, eas arterias. Vnde ex largo ſanguinis profluuio vires omnes animantis collabefactębantur, vel vna cum arteriis nerui reuertèntes, & intercipientes lædebantur: & idcirco animal mutum reddebatur. quod ve

ro addebat Ariſtoteles, nihil eſt: nam fuit reſponſum ad hoc in quæſtione de facultate vegetabili, hoc cordis calore nihil aliud haberi poteſt reliquis particulis, niſi quod earũ temperies foueatur, ac à particulis cũctis corporis porpriæ emanant actiones; ſicuti ab heppete ſuggeritur alimentum quo partes deperditæ reſtituantur. Cum itaque Ariſtotelis multa decreta ſenſui, & rationi repugnantia ſint; Galeni verò dogmata omni a quadrent, cum Galeno ſentiendum eſſe arbitror; Cerebrum nempe, non Cor eſſe promptuarium, & authorem facultatis animalis motricis, & ſenſoriæ, quæ vis, qua ratione deferatur à cerebro ad partes ei ſubditas, exactè (vt puto) explicauimus in noſtris lucubrationibus editis in librum Galeni de ratione curandi per ſanguinis miſſionem. Et præfertim cum Ariſtoteles frigidè, & ieiunè inueſtigauerit cerebri naturam multasq; imò omnes eius partes prætermittens. Atque hæc ſat ſint pro huius quæſiti de animæ ſede, ac membrorum principatu dilucidatione ad laudem Dei Optimi Maximi Summi Opificis, cui ſit Laus Honor, & Gloria. & huic quæſito extremam manum impoſuimus. Die decima Menſis Iunii.

pagina 59. ſuper capit. 3 illius libri

1572.

SALERNI.

CVM eruditiſsimum opus de animæ ſedæ editum à diſertiſs.dño Ioanne nicolao Rogerio Medico Salernitano probetur à doctiſsimo,& omnibus numeris abſolutiſsimo Archiatro Ioanni Antonio Piſano præceptore meo :(nihil enim in eo legitur,quod fidei catholicæ principium placitis boniſue moribus aduerſetur) videtur poſſe imprimi. In cuius rei fidem &c. neapoli decimoquarto calendas Nouembris anno ſalutis humane. M D L X X I I I I.

Imprimatur Petrus Anto. Viced. Vicarius Generalis.

Ioan. Franciſcus Lombardus.

NEAPOLI.

APVD IOSEPHVM CACHIVM.

M D LXXIIII.

5262375